27. Caeterum multos etiam alios similes hisce, cum enumerare tibi, sodalis, possim; tamen paucorum facta mentione ad alterum promissum meum jam transibo, ad consilium, quomodo quis scribat melius. Sunt enim, qui magna negotia & digna memoratu praetermittunt aut transcurrunt; prae insitia vero, & pulchri imperitia, atque dicendorum tacendorumque ignoratione, minima quaeque copiose admodum studioseque enarrant, diuque in iis immorantur. Velut si quis Olympii Jovis totam quidem pulchritudinem talem, tamque multiplicem, non videat, neque laudet, neque his, qui non viderunt, enarret, scamillum vero, quod ita ad normam exactus & politus sit, admiretur, & baseos pro-

Πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους [l] ὁμοίους τούτοις ἔχων σοι, ὦ ἑταῖρε, καταριθμήσασθαι, ὀλίγων ὅμως ὑπομνησθείς, ὅπως τὴν ἑτέραν ὑποσχέσιν ἤδη μεταλεύσομαι, τὴν συμβουλήν, ὅπως ἂν ἄμεινον συγγράφοι τις. εἰσὶ γάρ τινες, οἳ τὰ μεγάλα μὲν τῶν πεπραγμένων, καὶ ἀξιομνημόνευτα παραλείπουσιν, ἢ παραθέουσιν, ὑπὸ δὲ [m] ἰδιωτείας, καὶ ἀπειροκαλίας, καὶ ἀγνοίας τῶν λεκτέων, ἢ σιωπητέων, τὰ μικρότατα πάνυ λιπαρῶς καὶ φιλοπόνως ἑρμηνεύουσιν ἐμβραδύνοντες. ὥσπερ ἂν εἴ τις τοῦ Διὸς τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ τὸ μὲν ὅλον κάλλος, [n] τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον ὄν, μὴ βλέποι, μηδ' ἐπαινοῖ, [o] μηδὲ τοῖς ὐκ εἰδόσιν [p] ἐξηγοῖτο. τοῦ δὲ ὑποδήματος τοῦ, τό, τε εὐθυεργὲς καὶ τὸ εὔξεστον θαυμάζοι, καὶ τὴν κρηπῖδα τὸ εὔρυθμον,

27. Multos autem alios similes his habens tibi, o amice, enumerare, paucorum tamen mentione facta, quomodo jam promissum alterum meum persequar, consilium, quomodo quis melius scribat. Sunt enim, qui magna rerum gestarum & memoratu digna praetermittunt aut praecurrunt, prae autem imperitia, & pulchri ignoratione, & rerum dicendarum, aut tacendarum, minima quaeque diligenter & studiose admodum interpretantur, in iis immorantes. Quemadmodum si quis Jovis Olympii totam quidem pulchritudinem talem, tamque multiplicem, non videat, neque laudet, neque his, qui non viderunt, enarret, scamillum vero, quod ita ad normam exactus & politus sit, admiretur, & baseos pro-

[g] Ἀπέσφαξεν] Sic habere *J. Fl. H.* & M. notat *M. du S.* Sed & habent ceterae. [h] Τἄλλα] Τἆλλα *J. Ald.* ubique. [i] Καταγίγνωσκον] Καλαγιγνώσκων W. [k] Λοπάδων] Λεπαδίων *Fl.* Cum vulgata faciunt cett. & M. [l] Ὁμοίους] Ὁμοίως W. [m] Ἰδιωτείας] Ἰδιωτίας W. Vulgatam retinent *J. Fl. H.* P. &c. [n] Τοσοῦτον ἐ τοιοῦτον] Τοσοῦτο καὶ τοιοῦτο M. Sed postremae voci manus recentior ν addidit. [o] Μηδὲ] Μὰ δὲ *J.* [p] Ἐξηγοῖτο] Ita restitui ex W. L. Ἐξηγεῖτο Edd.

notis edidit. locus autem *Thucydidis*, quem noster hic respicit, exstat l. II. *M. du S.*

31. Λεπάδων] Flor. λεκανίων. *J. B.*

46. Τοῦ Διὸς τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ] De qua statua videndus omnino *Pausan.* El. p. 156. & seqq. Inter orbis miracula in primis recensetur. *M. du S.*

48. Τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον] Sic nostro cum Atticis perpetuum esse τοιοῦτος pro τοιοῦτο, non opus ut hic rursum dicatur. Utrumque autem adjectivum & alibi conjungere amat, quod *Solanus* jam ante monuit. Addo igitur hic tantum *Long. Past.* L. II. p. 63. Ed. *Wech.* Τοιαῦτα ἐ τοσαῦτα παθόντες, cujus stilus cum nostri omnium optime convenit. Τοιοῦτον κάλλος pro τοιοῦτο, Idem IV. 120. Ed. *Moll.* *J. F. R.*

49. Ἐξηγ.] Sicut ἐπαινοῖ, sic & ἐξηγοῖτο legendum. *J. G. G.*

Ἐξηγοῖτο] *Graevii* emendationem confirmant Codd. W. & L. *M. du S.*

51. Καὶ τὴν κρηπῖδα τὸ εὔρυθμον] Benedictus, & *crepida concinnitatem*. An credimus? Certe si qua fides nummo, cui insculptus universus ille Jupiter, plane fuit nudipes sine ullo pedum tegumento. Et

ρυθμον, καὶ ταῦτα πάνυ μὲ πολλῆς φροντίδος [a] διεξιών.

Ἐγωγ' οὖν ἤκουσά τινος, ὃ μὴ ἐπ' Εὐρώπῃ μάχην ἐν ὁδῷ ὅλοις ἑπτὰ ἕπεσι περαδραμόντος, εἴκοσι δὲ μέτρα ἢ ἔτι πλείω ὕδατος [b] ἀναλωκότος εἰς ψυχρὰν καὶ οὐδὲν ἡμῖν προσήκουσαν διήγησιν· ὡς Μαῦρός τις ἱππεὺς, Μαυσάκας τοὔνομα, ὑπὸ δίψους πλανώμενος ἀνὰ τὰ ὄρη, καλαλάβοι Σύρους τινὰς τῶν ἀγροίκων, ἄριστον προτιθεμένους, καὶ ὅτι τὰ μὴ πρῶτα, ἐκείνοι φοβηθεῖεν αὐτὸν, εἶτα μὴτοι μαθόντες ὡς τῶν φίλων εἴη, καλεδέξαιλο, καὶ [c] εἰστιάσαιλο· καὶ γάρ τινα τυχεῖν αὐτῶν ἀποδεδημηκότα καὶ αὐτὸν ἐς [d] τὴν Μαύρων, ἀδελφῷ αὐτῷ ἐν τῇ γῇ στρατευομένῳ. μῦθοι τὸ μὲ τοῦτο μακροὶ, καὶ διηγήσεις, ὡς θηράσειεν αὐτὸς ἐν τῇ Μαυρουσίᾳ, καὶ ὡς ἴδοι τοὺς ἐλέφαντας

portionem; eaque multa cum cura perſequatur.

28. Ego igitur novi aliquem, qui pugnam quidem ad Europum vix ſeptem totis verſibus percurreret, viginti autem vel amplius menſuras aquae (*clepſydras*) impenderet in frigidam & nihil ad nos pertinentem narrationem, ut *Maurus aliquis eques, Mauſacas nomine, prae ſiti per montes oberrans, Syros quosdam ruſticos deprehenderit, qui prandium ſibi appoſuerant, atque ut initio illi pertimuerint, deinde autem, cognito, amicum eſſe, acceperint convivio: etenim forte quendam illorum & ipſum in Maurorum terra peregrinatum eſſe, quod ſuus frater in ea regione militaret.* Hinc fabulae longae, & narrationes, *quomodo ipſe in Mauritania venatus eſſet, & ut vidiſſet elephantas multos una*

a Διεξιών] Sic Edd. & M. in quo tamen videtur fuiſſe διεξίοι; ſed mutatum eſt. b Ἀναλωκότος] Ἀναλωκότα Fl. Ἀναλωκότας W. P. Ἀναλωκότος Edd. omnes. c Εἰστιάσαιλο] Εἰστιασ. L. & Fl. d Τὴν Μαύρων] Sic recte Edd. Τὸν Μαύρον Angl. & P. Τῶν Μαύρων L. W. & Fl.

quis foret iſte narrandi contextus, ut primo totum πάνυ Jovis produxerit, in quo & omnia corpori adfixa continentur, tum diſcedat ad ὑποπόδιον, nunc aberret ad crepidas? Certe Micyllus *crepidinis concinnitatem*, quem praefero. *J. G.*

Ibid. Κρηπῖδος] Recte κρηπῖδα hic *crepidinem* Micyllus, nos *baſin*, notiore aliquantum verbo, reddidimus. *Salmurienſis* tamen, qui *crepidam* hic maluit, neſcio an recte ex eo refutetur, quod nudos pedes habet in nummis Jupiter Olympius. *Pauſanias* certe Eliac. I. p. 306, 12. χρυσοῦ ὑποδήματα illi tribuit. Idem p. 307. eam, quae hic κρηπὶς vocatur, βάθρον τοῦ θρόνου nominat; ὑποπόδιον autem Luciani ὑπόθημα τὸ ὑπὸ τοῦ θεοῦ τοὺς πόδας appellat, additque ab Atticis θρανίον vocari. *J. M. G.*

53. Διεξιών] Ita M. etiam; ſed non a prima manu, videturque prius fuiſſe διεξίοι, quod magis arridet. *M. du S.*

56. Μέτρα — ἀναλ.] Non cauſidici nempe ſoli ad Clepſydras dicebant: factitabant id etiam Luciani aetate, Rhetores, ſeu Sophiſtae. Cujus rei inſigne teſtimonium exſtat apud *Philoſtratum* in Adriano Sophiſta. τῷ τῶ Ἡρώδου ἀκροατῶν δίκα οἱ ἀριστῆς (L. ἄριστοι) ἀξιούμενοι ἐπιστιτίζοιλο τῇ εἰς πάντας ἀκροάσει κλεψύδραν ξυμμιμησάμενοι ὑδρίαν εἰς ἑκατὸν ἴπη, ἃ δὴ καὶ ἐκτετάδω ὁ Ἡρώδης &c. ubi ἴπη ut & hic, *verſum* ſeu *lineam*, quam nunc dicimus, ſignificat. Verſum eodem ſenſu & uſurpant latini; *Corn. Nepos* in Epam. c. 4. & *Laſt.* II. 8. ἀναλωκότος autem ex W. & P. eſt, pro quo in reliquis ἀναλ— legitur. *M. du S.*

57. Ἀναλωκότος] Flor. ἀναλωκότα. *J. B.*

66. Ἐς τὴν Μαύρων] Angl. ἐς τῶν Μαύρων. *J. B.*

Ibid. Τὴν Μαύρων] Vulgatam, quam *J. H. Ald.* & P. ſervant, & hic ſervaſſe par erat, non ſolum quia ſic frequenter ſolet per ellipſin γῆν vel χώραν, intelligi, ſed quia ipſum γῆν mox ſequitur. *J. F. R.*

73. Ἐν Εὐρώπῃ] Supra ἐπ' Εὐρώπῃ dixit initio hujus c. 28. & infra iterum verſus ejusdem capitis finem. *M. du S.*

Ἐν Εὐρώπῃ] Confer omnino mox c. 38. ubi ἐν Ὀλύνθῳ eodem modo. Id eſt *ad* vel *prope*, non plane *in* ipſa urbe *Europo*. *Aelian.* V. H. I. 25. ἐν Πλαταιαῖς, *ad Plataeas*, ibid. ἐν Μυκάλῃ *ad Mycalen*. Ad quae verba Cl. *Perizon.* duo alia ſimilia adducit, & Latinos interdum eodem modo loqui docet. Ita quoque ἐπὶ νηυσὶ, pro *apud*, *juxta naves*, Homero uſitatiſſimum, ut Il. E. 791. Νῦν δὲ πόλεμον πόλιος, καὶ τείχεα ἐπὶ νηυσὶ μάχεσθαι. *Nunc vero procul ab urbe cavas apud naves pugnant.* Et B. 4. Rurſum E. 36. — καθεῖσεν ἐπ' ὠκυπόροισι Σκαμάνδρῳ. *Sedere fecit AD herboſum Scamandrum*, non IN ipſum fluvium. Ibid. 598. Στῆν ἐπ' ἀκυρόῳ ποταμοῖο. *Steterit ad rapidum fluvium.* Il. A. 423. Ζεὺς γὰρ ἐπ' Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας Κθιζόσε βῆ. Immo & ἐπὶ, quod alias *intro* ſignif. pro *usque*, *ad*,

una pascentes, & ut parum abfuerit, quin a leone devoratus esset, & quantos Caesareae pisces emerit. Et historicus admirabilis, omissis tantis caedibus, quae circa Europum factae sunt, & invasiones, & inducias necessarias, & custodes & his oppositos custodes alios, ad seram usque vesperam abfuit, dum videt Malchionem Syrum Caesareae scaros ingentes vili pretio ementem: nisi vero nox oppressisset, forte etiam coenaturus cum illo erat, scaris jam paratis. Quae nisi cum cura scripta essent in historia, magna nos ignorassemus, & jactura Romanis intoleranda fuisset, si Mausacas Maurus sitiens, quod biberet, non invenisset, sed incoenatus in castra rediisset. Quamvis quot alia longe magis ri-

πολλὰς ἐν τῷ αὐτῷ συννεμομένας, καὶ ὡς ὑπὸ λέοντος ὀλίγου δεῖν καταβρωθείη, καὶ ἡλίκους ἰχθῦς ἐπρίατο ἐν Καισαρείᾳ· καὶ ὁ θαυμαστὸς συγγραφεὺς, ἀφεὶς τὰς ἐν Εὐρώπῃ γιγνομένας σφαγὰς τοσαύτας, καὶ ἐπελάσεις, καὶ σπονδὰς ἀναγκαίας, καὶ φύλακας, καὶ ἀντιφύλακας, ἄχρι βαθείας ἑσπέρας ἐφειστήκει ὁρῶν Μαλχίωνα τὸν Σύρον ἐν Καισαρείᾳ, σκάρους μεγάλους ἀξίους ὠνούμενον. εἰ δὲ μὴ νὺξ κατέλαβε, τάχα καὶ συνεδείπνει μετ' αὐτοῦ, ἤδη τῶν σκάρων ἑσκευασμένων. ἃ εἰ μὴ ἐνεγέγραπτο ὀξυμελῶς τῇ ἱστορίᾳ, μεγάλα ἂν ἡμεῖς ἠγνοηκότες ἦμεν, καὶ ἡ ζημία Ῥωμαίοις ἀφόρητος, εἰ Μαυσάκας ὁ Μαῦρος διψῶν, μὴ εὗρε πιεῖν, ἀλλ' ἄδειπνος ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. καίτοι πόσα ἄλλα μακρῷ γε-

e Ἐν] Nihil variare Edd. & M. notat *M. du S.* *f* Ἐπιλάσεις] Sic restitui ex marg. *A1W.* & Codd. G. W. P. L. Ἐπιλαύσεις enim Edd. male. *g* Ἐφειστήκει] Ex W. P. & Fl. Cett. male ἀφυστήκει. *h* Ἀξίους] Ita recte Edd. Ἀξίων M. erasa quae prius fuerat litera Σ. Πολλὰ ἀξ. *Marc.* prave. *i* Ἤδη] Δὴ M. Sed notarum ut spurium.

78. Ἀξίους] Εὐώνους. G.

ad, eidem usurpatur Il. A. 71. Et εἰς Ἴλιον recte vertitur *ad* Trojam Il. E. 210. Ut innumera ejusdem similia omittam. *J. F. R.*

75. Ἐπιλάσεις] Ex Mf. scribend. καὶ ὁ θαυμαστὸς συγγραφεὺς, ἀφεὶς τὰς ἐν Εὐρώπῃ γιγνομένας σφαγὰς τοσαύτας, καὶ ἐπιλάσεις, καὶ σπονδὰς ἀναγκαίας. *Et divinus ille scriptor praetermisit tantas ad Europum strages, & impressiones, & foedera necessaria.* In vulgatis ἐπελάσεις. Sed ἐπιλαύνειν, est *impressionem facio, incurro.* ut statim cap. 29. καὶ πόῤῥωθεν ἐπιλαυνόντων δόξῃ ἐμποιεῖν. & procul *advenientibus terrorem incutere.* & c. 31. f. ἃ πᾶς δέξεται τὴν ἐλεφάντων ἐπίλασιν. *quomodo elephantum incursus excipient.* *J. G. G.*

Ἐπιλάσεις] Adde c. 31. C. Εὐχ. c. 36. Extat etiam in W. P. & L. quod autem in vulgatis est ἐπιλαύσεις, pravum est. *M. du S.*

78. Σκάρους μεγαλοιγύθεις ἀξίους ὠνούμενον] Σκάρους μεγαλοιγύθεις καὶ πολλοῦ ἀξίους ὠ. *Th. M.*

Ibid. Ἀξίους] Vulgo legitur, ὁρῶν Μαλχίωνα τὸν Σύρον ἐν Καισαρείᾳ, σκάρους μεγαλοιγύθεις ἀξίους ὠνούμενον. non video quin recte legatur. *Marcilius* legit, Σκάρους μεγαλοιγύθεις; πολλοῦ ἀξίους ὠνούμενον. nec dat causam. Quidni autem scari illi, licet μεγαλοιγύθεις, potuerunt aeque vili, ac magno pretio constitisse? Adde quod est non inepta antithesis μεγαλοιγύθεις & ἀξίους. Interpres Latinus totam vocem ἀξίους vertere insuper habuit. Volunt autem verba, *Videns Malchionem Syrum in Caesarea, scaros ingentes, bene*, sive *vili pretio ementem. Aristophanes* in Equitib. vs. 642.

Οὐ πώποτ' ἀφίας εἶδον ἀξιωτέρας.

Ibi Graecus Interpres, & ex eo *Suidas*, Ἀξιωτέρας, εὐωνοτέρας, ἢ ἀξίας τιμῆς. Ἄξιον παρ' Ἀττικοῖς τὸ εὐωνον. Quae verba Graeci Interpretis non potuerunt tamen docere Latinum Interpretem, versum illum *Aristophanicum* melius reddere, quam, *haud quaquam ego pretiosiores vidi apuas* quum debuerit *viliores*. melius tamen sapit, versum 669.

Ἤδετο τὰς ἀφίας παρ' ἡμῶν ἀξίως.

Reddens, *apuas vilis pretii.* *J. F.*

Ἀξίους] Non modo *Benedict.* sed & *Micyllus* omisit; unde fere conjicio neutrum id verbi intellexisse, cujus significationem illud *Marcilii* scholion quoque non recte tradit. Recte *Jensius viles* vertit; nam praeter *Aristoph.* quem laudat, etiam sic *Theophr.* char. de garrul. p. 11. Ed. *Casaub.* vel p. 16. Ed. *Needham.* ὡς ἄξιοι γιγόμενοι οἱ πυροὶ τῷ ἀγορᾷ. *J. F. R.*

[a] γελοιότερα ἐχὼν ἐγὼ νῦν παρίημι; ὡς καὶ αὐλητρὶς ἦκεν ἐκ τοῦ πλησίον κώμης αὐτοῖς, καὶ ὡς δῶρα ἀλλήλοις ἀντέδοσαν, ὁ μὲν Μαῦρος μὲν τῷ Μαλχίωνι λόγχην, ὁ δὲ τῷ Μαυσάκα [b] πόρπην, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα τῶν ἐπ' Εὐρώπῃ μάχης. αὐτὰ δὴ τὰ κεφάλαια. τοιγάρτοι εἰκότως ἄν τις εἴποι τὸν τοιοῦτον, τὸ μὲν ῥόδον αὐτὸ μὴ βλέπειν, τὰς ἀκάνθας δὲ αὐτῶν τὰς πρὸς τῇ ῥίζαν ἀκριβῶς ἐπισκοπεῖν.

dicula prudens ego nunc praetermitto? *ne tibicina etiam illis ex proximo pago venerit, & uti dona alter alteri dederint, Maurus quidem Malchioni lanceam, at hic fibulam Mauſacae*, multaque alia ex hoc genere, ipſa nempe praelii ad Europum capita. Merito ergo dicat aliquis, tales roſam quidem ipſam non videre, ſpinas vero illius, radici proximas, accurate conſiderare.

Ἀλλ' ὦ Φίλων, μάλα καὶ οὗτος γελοῖος, οὐδὲ τὸ ἕτερον πόδα ἐκ Κορίνθου πώποτε προβεβηκὼς, οὐδ' ἄχρι Κεγχρεῶν [c] ἀποδημήσας, ὅτι γε Συρίαν, ἢ Ἀρμενίαν ἰδὼν, ὥδε ἤρξατο· μέμνημαι γάρ· ὅτα

29. Alius, mi Philo, valde ipſe etiam ridiculus, qui neque alterum Corintho pedem protuliſſet unquam, neque Cenchreas usque diſceſſiſſet, certe neque Syriam vidiſſet, neque Armeniam; ita, memini enim,

[a] Γελοιότερα] Ita dedi ex marg. *AIW.* Ἀναγκαιότερα Edd. abſurde. [b] Πόρπην] Πόρκην male W. L. & marg. *AIW.* In vulgata probe conſpiraut Edd. [c] Κεγχρεῶν] Κεγχρεῶν Angl. & P. Κεγχρεῶν W. Vulg. ſervant omnes Edd. & *Thom. M.*

87. Γελοιότερα] Cum Edd. legerent ἀναγκαιότερα, prorſus contra mentem Luciani, nec quidquam variationis notet *Solanus*, ego, quod in marg. *Ald.* 1. *Weſſelinganae* inveni, lubens accepi, & res ipſa clamat ſic legendum: quare nemo hujus correctionis ergo me redarguet, quam adeo neceſſariam ipſe videbit. Nimis enim intolerabile erat, *hoc praetermitto quia magis neceſſarium eſt*: & miror nemini hoc ſuſpectum fuiſſe. *J. F. R.*

89. Μαῦρος] Vid. *Homer.* Il. H. 299. *M. du S.*

93. Κεφάλαια] Sic ſupra Ἐπισκ. c. 2. Et Ἀνάβ. c. 14. *M. du S.*

95. Ἀκάνθας] Reſpexiſſe credas verſus a *Plat.* Συμπ. I. 4. & *Athen.* III. 97. D. laudatos.

Ὡς δὲ ἰχνόποδας Ϲ ἀνὰ τραχεῖαν Ὄτωνις
Φύσσει μελαχρὼς ἄνθια λάκκοιον.

Sic enim etiam *Athenaeus* inducit, τὰς ἀκάνθας συνάγων. &c. *M. du S.*

99. Κεγχρεῶν] Angl. Κεγχρέων. *J. B.*

Κεγχρεῶν] Ad verba, οὐδ' ἄχρι Κεγχρεῶν ἀποδημήσας, *Bourdelotius* ex MS. Angl. notat Κεγχρέων. Sed ita, ut vulgatus eſt, locum hunc ex Noſtro adfert *Th. Magiſter*, ubi probat, Κεγχρίας & Κεγχρειάς fuiſſe dictum utroque modo. *J. J.*

Κεγχρεῶν] Sic ſcribitur apud *Thucyd.* VIII. 20. & 23. & alios. Cum A. facit & P. In W. Κεγχρειῶν. LXX. ſtadiis a Corintho diſtans portus & vicus. *Strab.* VIII. p. m. 263. A. Hinc & Εὐχ. c. 23. Scripturam hanc ſecuti ſumus. In Ed. *Steph.* Xen. p. 307, 43. ſcribitur Κεγχρέαι. *M. du S.*

2. Ὅτα ὀφθαλμῶν] Idem de domo & de ſaltatione, & ſæpius alibi, habet a Thurio oratore. Julian. Imperat. Epiſt. ὁ Θούριος ὦτα εἶπεν ἀνθρώποις ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα. *J. B.*

Ὦτα ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα] Sic infra Ὀρχ. c. 78. Ἡροδότῳ μὲν ἴσως τὰ δι' ἀκοῆς φανόμενα πιστότερα εἶναι τῶν ὄντων δοκεῖ. Οἰκ. c. 20. ὦτα γὰρ τυγχάνει ἐστὶ ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. Vid. igitur *Herodot.* I. 8. In nota autem *Bourd.* poſt verba Julian. Imperat. Epiſt. adde: ad Leontinum, ὁ λογοποιός. *M. du S.*

Ὦτα] Non ab oratore haec, ſed ab *Hiſtoriae Parente* mutuatus erat ille tenebrio. V. *Herod.* I. 8. p. 3. in verbis Candaulis ad Gygen, & noſtrum Ὀρχ. c. 78. & Οἰκ. c. 19. Quid ergo fiet inquies *Thurio* Bourdelotii & Juliani *oratore?* Sic accipe. *Herodotum* voluit Julianus cum Θούριον λογοποιὸν dixit, quippe qui traditur Thuriis in Italia hiſtoriam conſcripſiſſe. (V. *Plin.* XII. 4. & *Plutarch.* 1073. 2.) Hoc cum aut neſciret *Bourdelotius*, aut crucem Grammaticis fixam hanc vellet, *Thurium* nobis *oratorem* pro Herodoto finxit. Ipſe quidem Lucianus λογοποιὸν appellat Herodotum, 411. f. Sed *ſcriptorem* recte verteris, non *oratorem*. An autem Thuriis ſcripta fuerit ab Herodoto hiſtoria, alibi quaeſitum eſt a nobis Nota ad Ἡροδ. c. 1. *M. du S.*

3. Ἀπιστότερα] Thurium oratorem vocat *Bourd.* At quis eſt Thurius ille Orator? Neſcivit *Bourdelotius* Herodotum ita vocari ab antiquis. Illius ſunt haec verba L. I. c. 8. *M. V. La Croze.*

5. Ὅτε τοὺς δράκοντας ἴφια —— παμμεγέθεις εἶναι] Inepte Interpres priſtinus, (ait *L. Bos* Obſ. Crit. p. 52.) deceptus prava diſtinctione: *ut diceret, Parthorum dracones (ſignum autem hoc multitudinis eſt ipſis, mille enim dracones vivos draco producit) ingentes eſſe,*

&

nim, exorsus est, *Aures minus fideles oculis. Scribo igitur, quae vidi, non quae audivi.* Atqui ita accurate viderat omnia, uti diceret, *dracones Parthorum* (est vero hoc illis numeri signum: mille enim, puto, *milites* draco ducit) *vivos esse serpentes ingenti magnitudine, qui nascantur in Persida paullo supra Iberiam. Hos vero initio quidem in contis magnis revinctos celsosque ferri, ac e longinquo dum invadant, terrorem injicere. In ipsa autem pugna*, inquit, *cum concurritur, solutos illos hostibus immittunt. Itaque multos nostrorum ita devoratos, & alios cum spiris illos suis complexi essent dracones, suffocatos elisosque. Haec vero ex propinquo se vidisse*

ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα. γράφω τοίνυν ἃ εἶδον, οὐχ ἃ ἤκουσα. ᾗ ὅτως ἀκριβῶς ἅπαντα ἑωράκει, ὥστε τοὺς δράκοντας ἔφη τῶν Παρθυαίων (σημεῖον δὲ πλήθους τοῦτο αὐτοῖς, χιλίους γάρ, οἶμαι, ὁ δράκων ἄγει) ζῶντας δράκοντας μεγέθους εἶναι γεννωμένους ἐν τῇ Περσίδι, μικρὸν ὑπὲρ τὴν Ἰβηρίαν, τούτους δὲ, τέως μὲν ὅτι κοντοῖς μεγάλοις ἐκδεδεμένους, ὑψηλοὺς αἰωρεῖσθαι, καὶ πόρρωθεν ἐπελαυνόντων, δέος ἐμποιεῖν, ἐν αὐτῷ δὲ τῷ ἔργῳ, ἐπειδὰν ὁμοῦ ἴωσι, λύσαντες αὐτοὺς, ἐπαφιᾶσι τοῖς πολεμίοις· ἀμέλει πολλοὺς μὲν ἡμετέρων οὕτω καταποθῆναι· καὶ ἄλλους, [d] διεσπειραμένων αὐτοῖς, ἀποπνιγῆναι καὶ συγκλασθῆναι· ταῦτα δὲ ἐφεστὼς ὁρᾶν αὐτὸς,

[d] Διεσπειραμένων] Ita restitui ex W. & L. Διασπ. Edd. male.

& in Persida generari. Tu distingue, ὅτι &c. ita ut parenthesis quae post δράκοντας erat, post ἄγει constituatur. Cetera hic non repetemus, quia Cl. *Gesn. Bessii* distinctionem in sua versione jam est secutus. Adleverat etiam Cl. *M. V. la Croze*, pessime haec versa esse, sed non correxerat. *J. F. R.*

7. Ζῶντας δράκ.] Sic distinguendum, ut fecimus; nisi insultissime Luciano quae tenebrionis illius propria sunt, quem falsi perstringit, affingere velit. Quod incaute nimis ab interpretibus Latinis, Gallico ipso, emunctae tamen naris Viro, aliisque & omnibus libris factum est; ut mirari subeat, monstrum hoc a nemine post renatas literas fuisse animadversum. Ex versione nostra patebit sensus hujus loci manifestissimus; & simul quanta manus Parthorum fuerit quam ducebat hoc signum; quod alibi forsan frustra quaesieris. De signo Draconum, quod Scythis etiam usitatum fuisse testatur *Suidas*. Apud Romanos qui mos sub Marco nondum invaluerat, neque hic dicendi locus est, & res a viris doctissimis ex *Vegetio, Ammiano, Claudiano* aliisque jam illustrata. Vide *Lipsi.* de mil. Rom. 4. De fabulosis autem draconibus, legas, si lubet, *Philostr.* in Vita Apollonii l. III. p. 98. qui eos 30. Cubitorum longitudine & amplius fuisse tradit; & adeo celeres & infestos, ut eorum dentes unguesve ne perniciissimus quidem effugere valuerit, qui semel in conspectum venerit. Addas etiam *Curt.* licet, qui (l. VI. c. 4.) mare Caspium ingentis magnitudinis Serpentes alere ait. Vid. *Bochartum* Hieroz. P. II. l. III. c. 13. Persarum autem antiquiorum, ut id obiter moneam, aquila signum erat. V. *Xen.* Cyrop. l. VII. p. 102, 16. Alludit autem ineptus ille historicus ad historiam, quam narrat *Polyaenus*, & tangit *Galenus* de Theriaca p. 460. Ed. Gr. Bas. *Spanhemio* laudatus, p. 224. *M. du S.*

16. Περισπειραθέντων] Γρ. ἀδιεσπειραθέντων. Sic *Plut.* *F. G.*

Περισπειραθέντων] Legendum ἀδιεσπειραθέντων. Sic *Plutarchus.* *AE. M.*

Περισπειραθ.] De alio inepto historiarum scriptore, qui dracones signa militaria Parthorum, tradiderat fuisse ingentes serpentes vivos perticis alligatos, qui in proelio in hostes immissi magnam stragem ediderint; Ἀμέλει πολλοὺς μὲν ἡμετέρων οὕτω καταποθῆναι. καὶ ἄλλους διεσπειραθέντων αὐτοῖς ἀποπνιγῆναι, καὶ συγκλασθῆναι. Interpres: *Nimirum multos nostrorum ita devoratos esse, alios vero ipsis transfixos fuisse, necatos, & confractos.* Quid est *alios ipsis transfixos?* scribe: καὶ ἄλλους ἀδιεσπειραθέντων αὐτῶν. *alios fuisse spiris involutos, & sic ab ipsis elisos, & contritos.* ἀδιεσπειραθῆναι Virgilio est *spiris ligari:*

Tela ferentem
Corripiunt, spirisque ligant ingentibus.

J. G. G.

Περισπειραθέντων] Ad confirmandam hanc *Menagii* emendationem, praeter auctoritatem W. & L. & codicum, adde loca Luciani ipsius sequentia; in Φιλοψ. c. 23. In Διψ. c. 6. & Ὀρχ. c. 2. ἀδιασπῶ vero aliud est; usurpatur enim de rebus, quas transfigendo appendimus aut affigimus, ut carnes verubus. Apud nostrum in *Gallo*; & capita hostis in *Xiph.* Pertin. sub finem. Vid. not. ad Ἀναβ. c. 51. *M. du S.*

Περισπειραθέντων] Cur hanc lect. vulgatae praetulerimus, vide ex *Philops.* c. 22. f. ubi εἱλιχθέντους περὶ τὴν αἰχίνην, καὶ ἐκ τῶν ὤμων ἐκείνους ἐσπειραμένους. *De Dipsad.* c. 6. ἀδιεσπειρᾶσθαι τῷ πνεύμ. Et Vol. c. 2. f. Recte igitur emendat *Menag.* *J. F. R.*

25. Σοῦ-

τὸς, ἐν ἀσφαλεῖ μὴν τοι ἀπὸ δένδρου ὑψηλοῦ πολέμου τ' σκοπήν. καὶ εὖγε ἐποίησε, μὴ ὁμόσε χωρήσας τοῖς θηρίοις, ἐπεὶ οὐκ ἂν ἡμεῖς θαυμαστὸν οὕτω συγγραφέα τὴν εἴχομεν, καὶ ἀπὸ χειρὸς αὐτὸν μεγάλα καὶ λαμπρὰ ἐν τῷ πολέμῳ τούτῳ εἰργασάμενον· καὶ γὰρ ἐκινδύνευσε πολλὰ, καὶ ἐτρώθη περὶ [a] Σῦραν, ἀπὸ τοῦ [b] Κρανείου δηλονότι βαδίζων ἐπὶ τὴν Λέρναν. καὶ ταῦτα Κορινθίων ἀκουόντων ἀνεγίνωσκε, τῶν ἀκριβῶς εἰδότων ὅτι μηδὲ κατὰ τοίχου γεγραμμένον πόλεμον ἑωράκει, ἀλλ' οὐδὲ ὅπλα ἐκεῖνός γε ἤδει, οὐδὲ μηχανήματα οἷά ἐστιν, οὐδὲ τάξεων, ἢ καταλοχισμῶν ὀνόματα. πάνυ γοῦν [c] ἐμελέτησεν αὐτῷ πλαγίαν μὴν τ' [d] ὀρθίαν φάλαγγα, ἐπὶ κέρως δὲ λέγειν τὸ ἐπὶ μετώπου ἄγειν.

ipsum, in loco tuto de altissima arbore speculantem. Et bene sane fecit, quod non ex propinquo congressus est bestiis, alioqui enim tam admirabili nunc scriptore nobis carendum esset, qui manu etiam sua magnifica quaedam & clarissima facinora hoc bello edidit. Multa etenim pericula subiit, & vulneratus est circa Suram, qui videlicet *longissimum* iter a Cranio ad Lernam fecerit. Atque ista Corinthiis audientibus recitavit, qui accurate scirent, illum ne pictum quidem in pariete bellum vidisse. Sed neque arma ille novit, neque machinas, quales sint; neque acierum aut ordinum struendorum nomina. Etenim, quasi hoc ageret, *directam aciem* vocat *obliquum agmen: in cornu vero ducere* dicit, quod est *ducere in frontem.*

30. Unus

a Σοῦραν] Sic Edd. & M. b Κρανείου] Sic W. Κρανίου Edd. c Ἐμελέτησεν] Sic Edd. & M. Ἐμέλλεν *J.* d Ὀρθίαν] Deerat in omnibus Edd. excepta *J.* Deerat etiam in M.

25. Βαδίζων ἐπὶ τὴν Λέρναν] Ἀπόλλων, μεταβὰς, αὐτῇ γελωτοποιΐᾳ ἐχρήσατο. *G.*

25. Σοῦραν] (Σοῦσαν, quae metropolis Persidis *Vorst.*) Quid hic in mentem *Bourdelotio* venerit, miror, cur hanc editionum veterum scripturam mutaret in σοῦραν; nisi forte imposuerit ei latina vox *Sura.* Sed σοῦρα Graecis ignota vox, qui pro ea γαστροκνημίαν dicunt. Nomen est itaque loci proprium. Sed ubinam gentium situs sit ille locus, haud ita promptum est definire. Meminit *Plut.* oppidi Lyciae hujus nominis 1796. . . Vide an locum hic habere possit. Putaram villam esse aut pagum prope Corinthum, aut in ipsa a Cranio ad Lernam via: sed nunc venustius videtur, locum esse, in quo perfrictae frontis nebulo scripserit se in Asia vulneratum. Quaerant, si lubet, viri docti: sed interim asserenda fuit scriptura, donec aut ex historia pateat pugnatum esse eo bello aut in Lycia, aut in aliquo alio loco, ex cujus nomine hoc corruptum sit, *Susa* nempe (de qua Εὐχ. c. 33. & Φιλοπ. c. 28.) Sed tum scribendum erit Σοῦσα, non Σοῦσαν, neutrum est enim plurale; aut simile quid: aut apud Corinthum, ut *Cyllarabis* a Cl. *Graevio*, ita *Sura* aliqua a viro aliquo docto detegatur. Consule *Kuhnii* not. ad *Pausaniae* Corinth. p. 115. *M. du S.*

Ibid. Κρανείου] Conf. nos supra hoc Dial. c. 3. Et *Dial. mort.* I. 1. ubi Edd. etiam κράνειον habebant. *J. F. R.*

26. Λέρναν] Fons est prope Corinthum. Vid. *Pausan.* Corinth. p. 48. 10. Alia *Lerna* est, cujus meminit ὡς δ'. VI. palus scilicet non procul a mari in ora Argolica. *M. du S.*

28. Κατὰ τοίχου] *Cic.* de Fin: ult. Qui numquam Philosophum, ut dicitur, pictum viderunt. *Plaut.* Asin. Nam neque umquam fictum aut pictum neque scriptum in poëmatis ubi lena bene agat. *M. du S.*

30. Τάξεων ἢ καταλοχισμῶν] Τάξεων ἢ καταλογισμῶν. *Th. M.*

31. Ἐμελέτησεν αὐτῷ] Sic omnes impressi & M. Codex. Nisi quod Ed. *J.* ἐμελέτα praefert; unde conjicio Lucianum scripsisse ἐμελέτα οὕτω, ut supra in hoc ipso libello c. 12. καὶ ἐμελέτα γε οὕτως ἀγωνιστήριον ὁ Ἀλέξανδρος & alibi saepius. *M. du S.*

32. Πλαγίαν — φάλαγγα] Sic interpretandum fuisse ut a nobis factum est, patet ex *Arriano* p. 18. Blanc. Τὸ μὲν δὴ καταλοχίσαι ἐστὶν, εἰς λόχους συντάξαι, ὁ δὲ λόχος ὀνομάζεται ἀριθμὸς ἀνδρῶν ἀπὸ τοῦ ἡγουμένου ἐς τὸν μετὰ τοῦτον κατόπιν τεταγμένον — ἀριθμὸν δὲ τοῦ λόχου οἱ μὲν ὀκτὼ ἀνδρῶν ἐποίησαν — οἱ δὲ ἐς ἑκκαίδεκα. Eodem etiam tactico interprete faciliora erunt quae sequuntur. Nempe ita *Arrianus* p. 63. Πλαγίαν μὲν φάλαγγ' ἐστὶν ἡ τὸ μῆκος τοῦ βάθους πολλαπλάσιον ἔχουσα· ὀρθίαν δὲ ὅταν ἐπὶ κέρας προτείνηται, ἔστω δ' αὖ τὸ βάθος τοῦ μήκους πολλαπλάσιον παρέχηται. *Obliqua* sive *transversa* porro *acies* sive *agmen* est, cum *in frontem* ducuntur milites: *recta* cum *in cornu.* Igitur in *transverso agmine* plures longe adversis frontibus simul concurrere possunt, sed parciores a tergo habent, qui in prima acie pugnant: in *recto agmine* contraria omnia: pauciores simul concurrunt, plures sibi a tergo possunt succedere. Hic scriptor, quem reprehendit Lu-

cia-

30. Unus autem aliquis praeclariſſimus, res ab initio inde ad finem usque geſtas omnes, quaecumque in Armenia, quae in Syria, quae in Meſopotamia, quae ad Tigrim, quae in Media *acta ſunt*, quingentis non totis verſibus complexus deſcripſit. Idque ubi fecit, hiſtoriam ait ſcripſiſſe. Titulum tamen, parum abeſt quin majorem libro, inſcripſit ejusmodi, Antiochiani, in ſacro Apollinis certamine victoris (curſu, credo, aliquando, puer vicerat) eorum, quae in Armenia, & Meſopotamia, & Media a Romanis modo geſta ſunt, enarratio.

31. Jam vero audivi etiam qui futurarum rerum hiſtoriam ſcripſerat, & captivitatem Vologeſi, & Oſrois caedem, ut leoni objiciendus ſit, & ſuper omnia deſideratiſſimum nobis triumphum. Sic vati-

Εἰς δέ τις βέλτιστα ἅπαντα ἐξ ἀρχῆς ἐς τέλος τὰ πεπραγμένα, ὅσα ἐν Ἀρμενίᾳ, ὅσα ἐν Συρίᾳ, ὅσα ἐν Μεσοποταμίᾳ, τὰ ὑπὲρ τὸν [e] Τίγρητα, τὰ ἐν [f] Μηδίᾳ, πεντακοσίοις οὐδ' ὅλοις ἔπεσι βεβλακὼν, συνέγραψε, καὶ τοῦτο ποιήσας, ἱστορίαν συγγεγραφέναι φησί. τὴν μέντοι ἐπιγραφὴν ὀλίγου δεῖν μακροτέραν τῆς βίβλου ἐπέγραψεν, Ἀντιοχιανὸν τὸν Ἀπόλλωνος ἱερονίκου (δόλιχον γάρ που, οἶμαι, ἐν παισὶ [g] νενικήκει) τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ, καὶ Μεσοποταμίᾳ, καὶ ἐν [h] Μηδίᾳ Ῥωμαίοις νῦν πραχθέντων ἀφήγησις.

Ἤδη δ' ἐγώ τινος καὶ τὰ μέλλοντα [i] συγγεγραφότος ἤκουσα, καὶ τὴν λῆψιν [k] Οὐολογέσου, καὶ τὴν Ὀσρόου σφαγὴν, ὡς ὠβλήθησε τῷ λέοντι, καὶ ὅπερ πᾶσι, τὸ [l] τριπόθητον ἡμῖν θρίαμβον· ἔτι πάνυ μαλακῶς ἅμα

[e] Τίγρητι] Sic L. M. B2. P. S. Τίγριτι J. & reliqq. conf. ſupra c. 19. [f] Μηδίᾳ] Μηδίᾳ W. male. Nil mutant Edd. priſcae. [g] Νενικήκει] Hoc habent Fl. Ald. H. P. S. Νενίκηκεν J. & W. [h] Μηδίᾳ] Sic Edd. omn. Μηδίᾳ M. [i] Συγγεγραφότος] Sic reſtitutum ex W. quod vel ſine Cod. corrigendum erat. Edd. enim male συγγεγραφηκότος habebant, ne J. & Fl. quidem ab hac labe immunibus. [k] Οὐολογ.] Τὴν Οὐλογ. W. [l] Τριπόθητον] Deeſt in W.

38. Ἐν Μηδίᾳ] * Μεσοποταμίᾳ. V. 51. Θρίαμβον] Θρίαμβος ἐπίδειξις πάνυ. G.

* Μεσοποτ.] Prave; nam, ne longius abeam, Lucianus ipſe jam diſtinxerat. M. du S.

cinus, miſcuit omnia, & *transverſum agmen* dixit *in cornua duci* (unde *rectum* potius *agmen* oritur) pro eo quod debebat dicere, *in frontem*. Si cui haec abrupta nimis videantur aut obſcura: at ille in manus ſumat *Arrianum*, neque dubium quidquam ei relinquetur. J. M. G.

Ibid. Ὀρθίαν φάλαγγα] Quum illud ὀρθίαν ex *Junt.* admiſerim, quod ſenſus poſtulabat, neceſſario etiam verſionem Cl. *Geſneri*, quae ad vulgatam facta erat, mutavi. Id ſi peccatum eſt, mihi adſcribatur. J. F. R.

Ὀρθίαν] Deerat haec vox in omnibus vulgatis, & in ipſo M. non ſine ſummo ſententiae diſpendio. Reposuimus itaque ex Ed. J. Quid ſit autem ὀρθία φάλαγξ, quid πλαγία, ex Tacticis petendum. V. *Potter.* De ἐπὶ κέρως vide *Thucyd.* II. 90. M. du S.

33. Ἐπὶ κέρως] Conf. iterum c. 37. hujus Dial. M. du S.

35. Ἀπαίλα ἐξ ἀρχῆς] Habemus hic capita ſumma rerum in eo bello geſtarum. Deleto enim in Armenia Severiano, Parthi Syriam invaſerunt; unde a Caſſio ſummoti, propriis urbibus conſulere coacti ſunt; quarum tamen magna pars captae & combuſtae. In titulo, quem ſtatim leges, omiſſa eſt Syria. M. du S.

38. Τίγρητι] Sic ſcribitur in M. L. & recentioribus Edd. B2. P. S. & A. At in antt. τίγριτι contra quam obſervant *Heſychius* & *Suidas*. Vide tamen c. 19. ubi recte in omnibus ſcribitur. M. du S.

40. Συγγεγραφέναι φησί] Ita *Photius*. forte Antiochus Sophiſta Cilix, de quo *Philoſtratus* L. II. de vitis Sophiſtarum, ubi eam hiſtoriam ſcripſiſſe ait. M. V. la Croze.

43. Δόλιχον] Mire hanc vocem *Suidas*, & quem illic exſcribit Ariſtophanis Scholiaſtes interpretantur; ut ex eis certi nihil elici poſſit. *Xen.* ſub finem IV. Ἀνάβ. *Pueris* ſtadium, uti & *Pauſ.* 179. 3. tribuit *viris* δόλιχον. Erant etiam Athenis puerorum certamina; *Athen.* 495. F. Erant & Olympiae *Pauſ.* Eliac. II. Sed nusquam eis δόλιχον tribui video. Niſi forſan, ut viris etiam erat ſtadium (V. *Pauſ.* 180. 3.) ita & pueris δόλιχος fuerit. *Vorſtius* ἀγώνισμα curule facit, teſtemque adducit *Ariſtoph.* Schol. p. 559. M. du S.

47. Τὰ μέλλοντα] Vide an de *Jamblicho* intelligenda haec ſint, qui apud *Photium* (Cod. XCIV. p. m. 133.) jactat, ſe omnia futura praedixiſſe, quae in eo bello evenerunt. M. du S.

50. Τριπόθητον] Conf. infra Ἀλκυτ. c. 6. M. du S.

ἅμα ἔχων, ἔσπευδεν ἤδη πρὸς τὸ τέλος τῆς γραφῆς. ἀλλὰ καὶ πόλιν ἤδη ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ ὥκισε, μεγέθει τε μεγίστην, καὶ κάλλει καλλίστην· ἔτι μὴν καὶ βασιλεὺς διαβουλεύεται, εἴτε Νίκαιαν αὐτὴν ἀπὸ τῆς νίκης χρὴ ὀνομάζεσθαι, εἴτε Ὁμόνοιαν, εἴτε Εἰρηνίαν· καὶ τοῦτο μὲν ἔτι ἄρρητον, καὶ ἀνώνυμος ἡμῖν ἡ καλὴ πόλις ἐκείνη, λήρων πολλῶν καὶ κορύζης συγγραφικῆς γέμουσα. τὰ δ' ἐν Ἰνδοῖς πραχθησόμενα, ὑπέσχηλε μὲν ἤδη γράψειν, καὶ τὸ περίπλουν τὸ ἔξω θαλάττης. καὶ οὐκ ὑποχέσεις ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ προοίμιον τῆς Ἰνδικῆς ἤδη συντέτακται. καὶ τὸ τρίτον τάγμα, καὶ οἱ Κελτοὶ, καὶ Μαύρων μοῖρα ὀλίγη σὺν Καασίῳ πάντες ἦτοι ἐπεραιώθησαν τὸν Ἰνδὸν ποταμόν· ὅ, τι δὲ πράξουσιν, ἢ πῶς δέξονται τὸ τῶν ἐλεφάντων ἐπέλασιν, οὐκ εἰς μακρὰν ἡμῖν ὁ θαυμαστὸς

cinantis simul furore instinctus ad finem jam scriptionis properavit. Verum etiam urbem jam in Mesopotamia condidit, *magnitudine maximam, & pulchritudine pulcherrimam*, illud vero adhuc considerat & consulit, utrum *Victoriam* illam appellare fas sit, an *Concordiam*, an *Pacifieram*. Et istud quidem nondum judicatum est, & adhuc sine nomine nobis urbs illa pulcherrima, deliriis multis, & pituita, mala atque muco historico oppleta. Ea vero quae apud Indos aliquando gerentur, jam scripturum se recepit, externique maris circuitum. Neque ista intra promissionem subsistunt, sed proœmium Indicae jam compositum est: ac tertia legio, & Galli, & Maurorum pars exigua duce Cassio, omnes jam Indum flumen trajecerunt. Quid vero facturi sint, aut elephantorum quomodo sint impetum excepturi, ea non ita multo post

a Ὤκισε] Ὤκησε W.

60. Κορύζης] Κόρυζα ἡ μεμωραμμένη καὶ μυξῶσα. G.

56. Νίκαιαν] Qua ratione Nicopolis ab Augusto post Actiacam pugnam condita. *M. du S.*

57. Ὁμόνοιαν] Propter duos fratres simul imperantes. ut in nummis eorum frequens inscriptio *Concordia*. V. *Mediob.* *M. du S.*

59. Λήρων — γέμουσα] Conf. infra Διὸς. c. 23. f. *M. du S.*

60. Κορύζης συγγρ.] Sic fere supra Νεκρ. Διαλ. XX. §. 3. (ex divisione *Solani.*) *M. du S.*

63. Τὸ προοίμιον τῆς Ἰνδικῆς ἤδη συντέτακται, καὶ τὸ τρίτον τάγμα] Benedictus, *sed Indica historia proœmium jam est compositum, & ordo tertius.* Obscurior certe quam Micyllus, *tertium tagma seu tertius liber*; qui intellexit id quod alias Graeci vocant σύνταγμα. Sed quam infeliciter uterque? & cur sic distinguunt? Debuerant postrema cum sequentibus jungere in hunc modum, ἤδη συντέτακται· καὶ τὸ τρίτον τάγμα καὶ οἱ Κελτοὶ καὶ Μαύρων μοῖρα ὀλίγη σὺν Καασίῳ πάντες ἦτοι ἐπεραιώθησαν. *& tertia legio ac Galli parsque exigua Maurorum.* *F. G.*

64. Καὶ τὸ τρίτον] Alium fatuum & insulsum scriptorem irridet, qui promiserat se res in India gestas & expeditionem per Oceanum descripturum. Subjicit: καὶ οὐχ ὑποχύσεις ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ προοίμιον τῆς Ἰνδικῆς ἤδη συντέτακται, καὶ τὸ τρίτον τάγμα. Καὶ οἱ Κελτοὶ, καὶ Μαύρων μοῖρα, & quae sequuntur. Vertunt: *Neque tantum haec sunt promissiones, sed Indicae historiae proœmium jam est compositum, & ordo tertius. Et Galli, parsque exigua Maurorum*, &c. Quis est ille *tertius ordo*? Nemo dixerit. Prava distinctio hunc quoque locum foedavit, & interpretibus fraudi fuit. Si sic interpunxeris, facilis erit explicatu: καὶ οὐχ ὑποχύσεις ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ προοίμιον τῆς Ἰνδικῆς ἤδη συντέτακται. Καὶ τὸ τρίτον τάγμα, καὶ οἱ Κελτοὶ, καὶ Μαύρων μοῖρα. *Neque tantum haec sunt promissa, sed Indicae historiae proœmium jam est scriptum. Et tertia legio, & Gallia, & Maurorum exigua manus, Indum fluvium trajecerunt.* τάγμα Graecis saepe est *legio.* *F. G. G.*

65. Τάγμα] Distertis verbis legionem esse docet *Xiph.* in M. Aurel. Antonino, καλοῦσι δὲ τὸ τάγμα οἱ Ῥωμαῖοι λεγεῶνα. *M. du S.*

66. Καασίῳ] De eo jam saepius supra dictum est. Hic autem Cassius est, qui postea, perlato de morte Aurelii falso nuntio, defecit, & imperium affectavit; neque ab incepto, cum vivere resciisset, oblata etiam venia, destitit. *M. du S.*

70. Μυζούριδος] W. Μυζήριδος. Quocumque tandem modo scribas, urbs est mihi prorsus ignota; in India, ni fallor, quaerenda est, ut quam remotissime a Luciano ponatur. *M. du S.*

75. Ὅτι κἀγώ] Longe aliter proverbium hoc apud hunc alibi legitur in Ῥητ. c. 18. Ὅτι κἀγὼ ἐκ ῥήματος. i. Quin & hoc ipso in loco *Bourd.* audis monentem

poſt nobis admirabilis ſcriptor Muzuride aut ab Oxydracis perſcribet.

32. Talia multa prae inſcitia delirant, qui digna viſu neque viderint, neque ſi viderint, explicare pro dignitate queant: excogitent vero & confingant, quidquid *in linguam* illam *importunam*, ajunt, venerit. Etiam in numero librorum honeſtatem quandam affectant, maxime ipſis in inſcriptionibus: nam rurſus hae quoque perquam ridiculae. Alicujus *Parthicarum victoriarum* tot *libri*: & rurſus *Parthidis primus, ſecundus*, nempe ut *Atthidis*. Alius multo etiam urbanius. Legi enim Demetrii Sagalaſſenſis *Parthonicica*. Neque vero *eo iſta commemoro*, ut ridiculo habeam, & ludibrio traducam hiſtorias ita pulchras, verum utilitatis cauſſa: quandoquidem qui haec & horum ſimilia fugerit, ille bonam

70 συγγραφεὺς, ἀπὸ [b] Μυζύριδος, ἢ ἀπ' Ὀξυδρακῶν ὀψιγελεῖ.

Τοιαῦτα πολλὰ ὑπ' ἀπαιδευσίας ληρῦσι, τὰ μὴ ἀξιόρατα ὄθ' ὁρῶντες, [c] ὅτ' εἰ βλέποιεν, κατ' ἀξίαν εἰπεῖν δυνάμενοι, 75 ὀκνοῦντες δὲ, καὶ ἀναπλάττοντες, [d] ὅττι κεν [e] ἐπ' ἀκαιρίμαν [f] γλῶτταν, φασὶν, ἔλθῃ. καὶ ὅτι τῷ ἀριθμῷ τῶν βιβλίων ἔτι σεμνυνόμενοι, καὶ μάλιστα ὅτι ταῖς ὀπιγραφαῖς· καὶ γὰρ αὖ καὶ αὗται, παγγέλοιοι· τὸ δεῖνος 80 Παρθικῶν νικῶν, τοσάδε. καὶ αὖ Παρθίδος, πρῶτον, δεύτερον, ὡς Ἀτθίδος δηλονότι ἄλλος ἀστειότερον πολύ. ἀνέγνων γὰρ Δημήτριόν [g] Σαγαλασέως Παρθονικικά· οὐδ' ὡς ἐν γέλωτι ποιήσασθαι, καὶ ὀπισκῶψαι τὰς 85 ἱστορίας ὕτω καλὰς ὔσας, ἀλλὰ τῷ χρησίμῳ ἕνεκα, ὡς ὅστις ἂν ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα φεύγῃ, πολὺ μέρος ἤδη ἐς τὸ ὀρθῶς συγ-

[b] Μουζούριδος] Μουζίριδος W. Nihil mutant *Fl. H. J. P.* [c] Οὔτ' εἰ βλέποιεν] Οὔτε βλέπειν ἢ. W. [d] Ὅττιπερ] Sic dedit *M. du S.* Edd. enim ὅ, τι κεν. [e] Ἐπ' ἀκαιρίμαν] Ἐπὶ ἐ ῥῆμα P. & Cod. *Fl.* Ἐπίκαιρ— *Fl.* Ἐπὶ τὸ ῥῆμα in M. Sed fuit prius ἐπικαίριμα. Edd. reliqq. vulgatam ſervant. [f] Γλῶτταν] Γλῶσσαν M. [g] Σαγαλάσσιος] Σαγαλάσσιος emend. *Spanh.* Sed vulgatum tuentur Edd. omnes.

tem legi in Flor. ἐπὶ ἑ ῥῆμα. Certe ſic in P. legi teſtantur excerpta *Perizonii*, & ita in impreſſo *Fl.* In M. etiam, ſed in litura pro ἐπικαιρίμα quod ibi prius erat. Haec autem verba ſunt qui ex *Aeſchylo* deſumta aſſerant, *Platonemque* ſententiae auctorem aſſignent de Rep. VIII. p. 499. D. Sed fruſtra; ibi enim longe aliter effertur: en verba *Platonis*: ἐκεῖθ κατ' Αἰσχύλον, ἄφη, ἰοῦμεν, ὅτι τὸ ἦλθ' ἐπὶ σόμα; laudat etiam *Plut.* eodem modo, quo *Plato*, & ad eundem *Aeſchylum* auctorem refert *ipſum*. 1358, 2. Ἐπὶ τὸ ἦλθε ἐπὶ σόμα κατ' Αἰσχύλον &c. At *Dionyſ. Halic.* de ſtruct. or. I. p. 8. Ed. *Lond.* aliter & iisdem vere verbis, quibus in vulgatis hic Lucianus, ad hunc nempe modum: εἰ μέλλοντος μὴ πᾶν ὅτι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶσσαν ἔπος ἦλθε λέγειν, μηδὲ εἰκῆ συνθέσεων τὰ προσηχόντα ἀκριβεῖν. Eodemque prorſus modo *Athenaeus* l. V. p. 217. C. ubi poëtae, quem non nominat, tribuit. Conf. *Grotii* excerpt. V. 3. *M. du S.*

76. Ἐπὶ ἀκαιρίμαν] Ἐπὶ τὸ ῥῆμα in Cod. Flor. *J. B.*

Ἐπ' ἀκαιρ. γελ.] E ſcriptore Dorico ſumtum, ut videtur, proverbium, quod damnare ob id non auſim, quod nondum aliunde prolatum eſt. Forma certe non mala ut γόνιμος, ἄλκιμος, φράσιμος, &c, quod plane ſimile eſt, a καιρὸς καίριος. *J. M. G.*

81. Ἀτθίδος] Scripſerat *Philochorus* hiſtoriam, cui hoc nomen fecerat. Vide Schol. ad Σοφοκ. No. 32. & Marm. Ox. 13. f. & quos laudat *Pauſ.* in Phoc. & *Athen.* VI. *M. du S.*

Ἀτθίδες] Ἀτθίδα ſcripſere Philochorus apud *Harpocrationem* in Θεωρικὸν & apud Athenaeum: itemque Clidemus, de quo *Caſaubon.* ad *Athenaei* 14, 23. p. 594. & Hegeſinous apud *Pauſaniam* Boeot. p. 583. extr. *J. M. G.*

82. Ἀνέγνων γὰρ] Haec duo verba *Solanus* noſter in *Juntina* parentheſi incluſerat, ſic ſcilicet edi volens, quia vero Ed. nulla praeit, nec mutatio adeo neceſſaria, ego nihil mutavi. Poteſt enim quisque eam parentheſin addere, qui probat. *J. F. R.*

Ἀνέγνων γὰρ Δημητρίου Σαγαλασσίως] Clar. *Et. Spanhemius* Diſſert. IX. de Praeſt & uſu numiſm. docet tam ex probatis & antiquis Scriptoribus, quam ex Numiſm. legendum eſſe Σαγαλασσίους. Quin imo apud *Stephanum* Σαγάλασσος, qui addit etiam ſcribi Σίλγασος. Vid. *Thomam Pinedo*, & eruditiſſimas *Lucae Holſteinii* notas, p. 267. *Alm.*

83, Σαγαλασσίως] Emendationem *Spanhemii* confirmat W. *Quadratus* autem, qui paullo poſt hujus belli & ipſe hiſtoriam ſcripſit, titulum ſuae eundem ferme fecit, nempe παρθυϊκα. Conſule *Salmaſ.* not. in Capitol. Ver. c. 8. Trajectio inſignis, nam Δ. Σ. Π. interjacent incommode: niſi forſan hoc a librariis profectum ſit. *M. du S.*

συγγράφειν ἔτι προσείληφε· μᾶλλον δὲ ὀλίγων ἔτι προσδεῖται, εἴγε ἀληθὲς ἐκεῖνό φησιν ἡ διαλεκτική, ὡς τῶν ἀμέσων ἡ θατέρου ἄρσις, τὸ ἕτερον πάντως ἀντεισάγει.

jam partem ad recte ſcribendum adeptus eſt, vel potius paucis adhuc indiget, ſi quidem vere illud Dialectica praecipit, *Eorum, inter quae nihil eſt medium, alterius ſublationem contra inducere alterum.*

Καὶ δὴ τὸ χωρίον σοι φαίη τις ἂν ἀκριβῶς ἀνακεκάθαρται, καὶ αἵ τε ἄκανθαι, ὅσαι ἦσαν, καὶ βάτοι, ἐκκεκομμέναι εἰσὶ, τὰ δὲ τῶν ἄλλων ἐρείπια, ἤδη ἐκπεφόρηται· καὶ εἴτι τραχὺ [b] δὴ, καὶ τοῦτο λεῖόν ἐστιν. ὥστε οἰκοδομεῖν τι δεῖ ἤδη, καὶ [c] αὐτὸν ὡς δείξῃς, οὐκ ἀνατρέψαι μόνον τὰ τῶν ἄλλων γενναδας ὤν, ἀλλά τι καὶ αὐτὸς ἐπινοῆσαι δεξιὸν, καὶ ὃ οὐδεὶς ἂν, ἀλλ' οὐδ' ὁ Μῶμος μωμήσαιτο δύναιτο.

33. Et ſane area tibi, dicat aliquis, accurate purgata eſt, atque ſpinae, quotquot erant, & rubi, exciſi ſunt: rudera aliorum jam elata, & ſi quid aſperum fuerat, jam leve eſt. Itaque jam ut aliquid aedifices opus eſt, utque te ipſum oſtendas, qui non evertere modo fortiter aliorum res poſſis, ſed aliquid ipſe etiam aptum excogitare, quodque nemo, ne ipſe quidem Momus poſſit reprehendere.

Φημὶ τοίνυν τὴν ἄριστα ἱστορίαν [d] συγγρά-

34. Ajo igitur, eum, qui optime ſcriptu-

a Καὶ εἴτι τρ.] Καὶ εἴτι Ϲ τραχὺ ἦδη P. b Δὴ] Ἤδη Fl. Δὴ ceterae. In M. eſt δὴ, ſed ἤ ſupra ſcriptum eſt a recentiore manu. c Αὐτὸν] Sic *J. H. Fl. P. Ald.* Sed in hac inde factum *αὐτὸν*, non imperite quidem. Αὐτὸς M. Sed & praecedentia hic primo aliter fuerant ſcripta. Erat enim *οἰκοδομεῖ*, & aberat *δεῖ*. d Συγγράφοντα] Συγγράψοντα marg. *AiW.* non male.

90. Τῶν ἀμέσων] Ἄμεσον, εἰ μὴ θνητὸν πάντως ἀθάνατον. ἄμεσον, εἰ μὴ λόφιον, εἰ πάντως μίλαν, ἀλλ' ἢ. Φαιὸν, ἢ ἐρυθρὸν, ἢ πυῤῥὸν, ἤ τι τοιοῦτο. *G.*

89. Εἴγε ἀληθὲς ἐκεῖνό φησιν ἡ Διαλεκτική, ὡς τῶν ἀμέσων ἡ θατέρου ἄρσις, τὸ ἕτερον πάντως ἀντεισάγει] Obſcure vertunt interpretes: *ſi modo verum eſt quod Dialectica tradit, nimirum eorum, inter quae nullum eſt medium, altero elevato, alterum deprimi:* ἀνῃρεῖσθαι, non eſt *deprimere.* Vertendum eſt: *contrariorum inter quae nihil medii intercedit*, ſive, ut nunc loquuntur in ſcholis dialecticorum, *immediatorum ſublato uno neceſſario ponitur alterum.* *J.G.G.*

90. Τῶν ἀμέσων ἡ θατέρου ἄρσις τὸ ἕτερον πάντως ἀντεισάγει] Non poſſunt ea notare, quod volunt interpretes, *eorum inter quae nullum eſt medium, altero elevato alterum contra deprimi*, ſed *altero ſublato* vel negato, *prorſus reponitur* vel confirmatur *alterum.* *J.G.*

91. Ἄρσις] Vertitur *elevato.* Sed vertendum *ſublato.* *F.G.*

97. Ὥστε] In M. olim fuerat ὥστε οἰκοδομεῖ ἤδη Ϲ αὐτὸς. Quod longe praeſtat vulgatae. *M. du S.*

Ibid. Αὐτὸν] Non improbem, ſi *αὐτὸν*, pro *ἑαυτὸν*, idque pro *σεαυτὸν*, hic legamus; aliter certe interpungamus, nimirum ſic: *ὥστε οἰκοδομεῖν τι δεῖ ἤδη καὶ αὐτὸν· ὡς δείξῃς* &c. Sic planior erit ſenſus; ſic *Solanus Juntinam* diſpunxerat. Sed quia mox ſequitur *αὐτὸς ἐπινοῆσαι δεξιὸν*, poteſt & priore loco *αὐτὸν* per *ipſum* reddi; nec adeo neceſſario reciprocum requiritur, neque ſine neceſſitate talia ſemper mutanda duxi. Reverend. *Bengelius* in praefat. Edit. minoris N. T. ſe *αὐτὸς* & *αὐτῦ* ſaepe pro *αὐτὸν* ſtudio reliquiſſe, ait, & *αὐτοῦ* reciprocum ſaepe eſſe, quod ut non ubique concedo, (non credens *αὐτοῦ* & *αὐτοῦ* ſemper promiſcue uſurpare licere) ita propter permulta exempla non audeo ubique negare, nec dicere, omnia mutanda eſſe, quae is in membranis, & quae nos in priſcis Editt. invenimus: quum & Latini nonnulli auctores diſcrimen inter *ſuus* & *ejus* negligant, ut in *Ambigg.* notavi, & *ipſum* pro *ſe* quoque dicant. Diligentiſſ. in inveſtigandis Codd. *Grabius*, etiam in Edit. Vet. Teſt. ſtudio ſaepe *αὐτοῦ* pro *αὐτῦ* dedit, ut *Exod.* IX. 33. Μωϋσῆς — ἐξεπέτασε τὰς χεῖρας *αὐτοῦ*. Iterum ſic X. 22. Item *Amos* c. II. 7. ὅπως βεβηλώσωσι τὸ ὄνομα τῦ θεοῦ *αὐτῶν*. & verſ. 8. ἔκλινον ἐν τῷ οἴκῳ τῦ θεοῦ *αὐτῶν*. Sed *Exod.* XI. 3. idem edidit Κύριος δὲ ἔδωκε τὸν χάριν τῷ λαῷ *αὐτοῦ*. Ut ſexcenta alia omittam, ex quibus pateret, illum ſaepius primam laevigare, ubi adſpirata ex praeceptis Grammaticis poſtulatur, & rarius adſpiratione uti. Ubi vero ad perſpicuitatem ſenſus intereſt, ibi ego mutare non vererer, memor quam facile in ſpiritibus aberretur ubique. In dubiis ſaltem id eligendum, quod melius eſt: ac potius ſic ſtatuendum: quia Edd. & Codd. in pronominum ſpiritibus miſere fluctuant, omnia, ut res poſtulat, corrigenda. Sic quum *Long.* Paſt. III. 97. ait: καὶ ἐζήτει πρὸς *αὐτὸν*, ὅ, τι λεχθὲν πιθανώτερον. *deliberat ſecum quid potius dicendum eſſet:* ſecundum id corrigendum, quoties ſimili in loco male *αὐτὸν* expreſſum offendas, i. e. ubi periculum ſit, ne ad aliam quam decet, perſo-

pturus ſit hiſtoriam, duo quidem iſta maxime capitalia domo ad eam rem adferre debere, prudentiam civilem & vim eloquendi; alteram quidem ingenii munus, doceri neſcium. *Eloquendi* vero vis multa exercitatione, & perpetuo labore, & antiquorum aemulatione acquiſita ſit. Haec quidem igitur artis expertia, neque meo indigentia conſilio. Neque enim prudentes atque acutos reddere, eos qui a natura tales non ſunt, hic nobis libellus promittit: alioquin magni, quin quantivis eſſet pretii, ſi refingere, & inſtaurare talia poſſet, aut ex plumbo aurum facere, vel argentum de ſtanno, aut ex Conone Titormum, aut ex Leotrophide Milonem efficere.

Φοῖλα, δύο μὲν ταῦτα κορυφαιότατα οἴκοθεν ἔχοντα ἥκειν, σύνεσίν τε πολιτικὴν, καὶ δύναμιν ἑρμηνευτικήν· ἡ μὲν, ἀδίδακτόν τι τῆς φύσεως δῶρον· ἡ δύναμις δὲ, πολλῇ τῇ ἀσκήσει, καὶ συνεχεῖ τῷ πόνῳ, καὶ ζήλῳ τῶν ἀρχαίων προσγεγενημένη ἔστω. ταῦτα μὲν οὖν ἄτεχνα, καὶ οὐδὲν ἐμοῦ συμβούλου δεόμενα· ἐγὼ γὰρ συνετοὺς καὶ ὀξεῖς ἀποφαίνειν τοὺς μὴ τῆς φύσεως τοιούτους φησὶ τοῦτο ἡμῖν τὸ βιβλίον· ἐπεὶ πολλοῦ γ' ἂν, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς ἦν ἄξιον, εἰ μεταπλάσαι καὶ μεταχωνεῦσαι τὰ τηλικαῦτα ἐδύνατο, ἢ ἐκ μολίβδου χρυσὸν ἀποφῆναι, ἢ ἄργυρον ἐκ καττίτερου, ἢ ἀπὸ Κόνωνος Τίτορμον, ἢ ἀπὸ Λεωτροφίδου Μίλωνα ἐξεργάσασθαι.

Ἀλ-

a Ἀλ] Deeſt in M. & *Fl.* adeſt in cett. *f* Ἐκ] Sic L. M. & *Fl.* Ἀπὸ cett. Edd.

17. Ἡ ἀπὸ Κόνωνος Τίτορμον] (1) Τιτόρμῳ τῷ βασιλεῖ φασὶ συντυχεῖν τὸν Κρᾶτιν τὸν Μίλητα μεγαλοφρονοῦντα ἀφ' ὧν ἐφύμνει τῷ σώματι. Θεμιστάρχους δ' μέγας (2) τὸ Τίτορμον τὸ (3) σῶμα, ἐβούλετο λαβεῖν αὐτὸ ἰσχὺς πάσης. ὁ δὲ Τίτορμος ἔλεγε μηδὲν μέγα ἰσχύειν κιβωτὸς δ' ὡς τὸν Εὔξινον, καὶ Θεμιστίου ἀπόδος, λαμβάνει μέγιστον λίθον, καὶ (4) πρῶτον μὲν ἔλκει πρὸς (5) αὑτὸν, εἶτα (6) ἀπωθεῖ. (7) καὶ δὶς δὲ καὶ τρὶς τοῦτο ἐκέκρικε. καὶ μὴν ταῦτα αὐτὸν χρῆν ὡς ἐς τὰ γένεια. καὶ τέλος ἀράμενος ἐπὶ τὸν ὦμον, ἔφερεν. (8) ὡς ἐπ' ἀγνοίας πεπτώκοιεν, καὶ ἴρισιν. ὁ δὲ Μίλων μόγις τὸν λίθον (9) ἐκίνησεν, εἶτα ἐπὶ τὸν ἀγκῶνα ἤλθεν ὁ Τίτορμος, καὶ τὸν μέγιστον ταῦρον ἄγριον ὄντα λαμβάνει τῷ ποδὶ, καὶ μὲ ἀποδῦναι μὲν (10) ἔσπευδεν, ὁ δὲ (11) ἐδίκαιο. παρόντα δὲ ἕτερον τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ συναρπάσας τῶν ποδῶν ἀμαχεὶ ἔσχε. Θεμιστάρχου ὁ Μίλων εἰς ὕφαντὸν τὰς χεῖρας ταύτας ἔφυτο. ὅ Ζεῦ, μὴ ἐ τοῦτον Ἡρακλῆν ἕτερον ἴσασιν; ἐντεῦθεν ῥᾳδίως λέγουσι τὸν παροιμίαν, ἄλλος ἄτος Ἡρακλῆς. *V.*

(1) Tota haec hiſtoria verbatim petita eſt ex *Aeliani* Var. Hiſt. L. XII. c 22. Si pauca excipias. *J. C.*

(2) Τὸ] Deerat in Edit. addidit *M. du S.* & ἰδίᾳ quod poſt σῶμα legebatur, delevit idem.

(3) Σῶμα] Σῶμα ἰδίᾳ *Aelian.* *J. F. R.*

(4) Πρῶτον] Ita pro edito πρῶτος reſtituit idem ex C.

(5) Αὐτὸν] Αὐτὸν Ed. Ἑαυτὸν *Ael.* *J. F. R.*

(6) Ἀπωθεῖ] Suſpicatur *L. Kuſterus* de verb. med. p. m. 43. *f.* (al. 74.) potius ἀπωθῆται ſcripſiſſe *Aelianum* (ex quo haec verba eſſe deſumta ſupra dictum) ſed falli *Kuſterum*, & ἀπωθεῖ reſte ſe habere ac promiſcue ἀπωθῆν & ἀπωθεῖσθαι uſurpari, ex *Plat.* L. IV. de Rep. p. 453. B. aliisque probat eruditiſſ. F. L. *Abreſch.* in Animadv. ad *Heſychii* quaedam loca. Vid. *Miſc. Obſerv.* menſ. Aug. 1736. p. 299. *J. F. R.*

(7) Καὶ δὶς] Conjunctionem in edito exemplari deficientem implerat idem *M. du S.*

(8) Ὡς ἐπ'] Ὡς ἐπ' ἔνιοις editum erat ex V. ad quae *J. Cler.* ait: *Aelianus* habet ἔστιν ἐπ' ἀγνοίας αὐτῷ, in Editionibus, ſed in MS. eſt συντύχοιεν, ut hic habet noſter. Haec ille. Ὡς ἐπὶ τοῖς γόνασι C. etiam prave; ſed Excerpta G. recte ἐπ' . . . ut edidimus. *J. F. R.*

(9) Ἐκίνησεν] Eſt apud *Aelian.* ἐκύλισεν. At nihil ab vulgato abit C. *M. du S.*

(10) Ἔσπευδεν] Sic ex C. reſtitutum, quum in editis legeretur ἔσπευδεν. Sed & ex *Aeliano* poterat reſtitui, ex cujus collatione etiam alterum illud μὲν hic delendum. *J. F. R.*

(11) Δὶ] Illud δὲ ego addidi; nam in edito tantum erat ἐδίκαιο, & *Solanus* ἐ μὲν inde fecerat, ſine auctorit. codicis; quare eadem mihi erat corrigendi licentia, in ejiciendo uno μὲν ex tribus, quum jam bis μὲν plus quam ſatis ſit. In *Aeliano* eſt ὁ μὲν αὐτὸν ἔσπευδεν, ὁ μὲν ἐδίκαζεν. *J. F. R.*

ſonam, referatur. Alibi enim & apud eumd. *Long.* αὐτὸν ſic poſitum invenio, ut L. III. p. 105. Ed. *Jungerm.* ἄρας ταῖς μητράσιν ὑποκλίνασθαι αὐτούς. *Agni matribus SE ſubſternentes, ſubnixi, ad ſugendum*; quod etiam in αὐτοὺς mutandum dixeris, quia deinde p. 109. ἐγκύψαντα ἑαυτὸν diſerte ſcribitur. Conf. c. 6. & 15. Dial. ſeq. ubi rurſum haec differentia occurrit. *J. F. R.*

1. Οὐδ'] (Deeſt ex Gr. ταῦτα δὲ λελίχθω. ἡμῶν οὖν ἐστι λεκάνιος μόρος.) *A. V.*

Ibid. Μῶμος μωμήσασθαι] Hunc locum imitatus eſt *Ariſtaen.* Epiſt. 1. l. 1. ex emendatione viri Clar. *Faſc. Mercer.* *J. B.*

4. Κορυφαιότατα] Conf. infra *Soloec.* c. 5. τὸ φίλαν ὁ κορυφαιότατος & *Th. Mag.* *M. du S.*

Κορυφαιότ.] Prave judicat *Thomas Magiſter*, hanc vocem hic ridiculi cauſſa adhibitam eſſe a *Luciano*. Vide notam ad Σολ. c. 5. *M. du S.*

16. Ἀπὸ κατ.] Flor. οἰκ. *J. B.*

Ἐκ] Sic M. L. & Ed. *Fl.* pro ἀπὸ, quod in reliquis eſt. *M. du S.*

17. Ἡ ἀπὸ Κόνωνος, Τίτορμον, ἢ ἀπὸ Λεωτροφίδου Μίλωνα] Ex hoc loco licet conjicere; Cononem illum du-

[a] Ἀλλὰ ποῦ τὸ τῆς τέχνης καὶ τὸ τοῦ συμβουλῆς χρήσιμον; οὐκ ἐς ποίησιν τῶν προσόντων, ἀλλ' ἐς χρῆσιν αὐτοῖς τῶν προσηκόντων· οἷον τι ἀμέλει καὶ Ἴκκος, καὶ [b] Ἡρόδικος, καὶ Θέων, καὶ εἴ τις ἄλλος γυμναστὴς [c] οὐκ [d] ἐπόχοιτο ἂν σοι τοῦτον Περ-

35. Sed ubi artis & conſilii uſus eſt? non ad creanda, quae adeſſe debent, ſed ad uſum illorum convenientem. Sicut nempe etiam Iccus & Herodicus, & Theon, & ſi quis alius exercitor, non promiſerint tibi aſſumtum hunc Perdiccam (ſi modo hic

a Ἀλλὰ ποῦ] Sic P. Ἀλλαχοῦ junctim *F. H. Fl. B2. S.* Ἀλλά που P. ſed interrogandi ſign. ego addidi. b Ἡρόδικος] Ex marg. *A1.* Angl. & P. Ἡρόδικος Schol. Ἡροδίζης male Edd. & M. c Οὐχ] Deeſt in M. & omnibus Edd. Adeſt in ſola *F.* Et ſic emendarant *Marc.* & *Vorſt.* d Ἐπόχοιτο] Ἐπόχοιτο M. male.

22. Καὶ Ἴκκος ὁ Ἡρόδικος ὁ Θέων] Γυμναστὴς ἐπώνυμοι ὗτοι M. Γυμναστὴς ἐπώνυμος ὗτος. Ed. *Clar.*

cem famigeratum fuiſſe corpore parvum & exilem: nam & ille Leotrophides, qui Miloni opponitur, a Comico *Ariſtophane* in avibus ut parvus & exilis traducitur, & ab ejus Scholiaſte ut talis notatur: de Titormo vero, & ejus mirandis viribus vide *Aelian.* L. XII. c. 22. *J. P. a G.*

Ibid. Κόνωπος] *Cononem* aliquem imbecilli corporis hominem nondum obſervavi praeterea. In mentem veniebat *minimus* ille apud *Plin.* 7, 16. f. 16. *homo duos pedes & palmum* longus *Conopas*, *qui in deliciis Juliae neptis Auguſti fuit.* *Leotrophides* nobilis ex Schol. *Ariſtoph.* Avium 1406. Add. *Caſaubon.* ad *Athen.* 12, 13. Neque de *Titormo* opus eſt aliquid adjicere. Neque apologia, credo, longa opus habet illa circa apices immutatio, cum pro vulgato ἀλλὰ ποῦ legimus ἀλλὰ ποῦ cum interrogatione. *J. M. G.*

Ἔπαινοι μὲν γὰρ ἢ ψόγοι, πάνυ πεφεισμένως καὶ ἐπὶ μικροῖς ἐπαινοῦσι καὶ ψέγουσι, καὶ ἐπὶ μεγάλοις ἐπαινοῦσι καὶ ψέγουσι· καὶ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἄλλοτε ἄλλως· καὶ ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις τὰ αὐτὰ λέγουσιν· ἐπὶ μὲν τοῖς ἀγαθοῖς τὰ κακὰ, ἐπὶ δὲ τοῖς κακοῖς τὰ ἀγαθὰ, ἐπὶ δὲ τοῖς μέσοις τὰ ἄκρα· καὶ ἐπὶ τοῖς ἄκροις τὰ μέσα· καὶ ἐπὶ τοῖς καλοῖς τὰ αἰσχρὰ, καὶ ἐπὶ τοῖς αἰσχροῖς τὰ καλὰ· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀνδρείοις τὰ δειλὰ, καὶ ἐπὶ τοῖς δειλοῖς τὰ ἀνδρεῖα· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀσθενέσι τὰ ἰσχυρὰ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἰσχυροῖς τὰ ἀσθενῆ· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀδόξοις τὰ ἔνδοξα, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐνδόξοις τὰ ἄδοξα· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀπόροις τὰ εὐπορα, καὶ ἐπὶ τοῖς εὐπόροις τὰ ἄπορα· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις τὰ πεπαιδευμένα, καὶ ἐπὶ τοῖς πεπαιδευμένοις τὰ ἀπαίδευτα· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγεννέσι τὰ εὐγενῆ, καὶ ἐπὶ τοῖς εὐγενέσι τὰ ἀγεννῆ· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγνοοῦσι τὰ γιγνωσκόμενα, καὶ ἐπὶ τοῖς γιγνωσκομένοις τὰ ἀγνοούμενα· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀσυνέτοις τὰ συνετὰ, καὶ ἐπὶ τοῖς συνετοῖς τὰ ἀσύνετα· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀμαθέσι τὰ μεμαθημένα, καὶ ἐπὶ τοῖς μεμαθημένοις τὰ ἀμαθῆ· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀπείροις τὰ ἔμπειρα, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐμπείροις τὰ ἄπειρα· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀσθενέσι τὰ ἰσχυρὰ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἰσχυροῖς τὰ ἀσθενῆ· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀδόξοις τὰ ἔνδοξα, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐνδόξοις τὰ ἄδοξα· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀπόροις τὰ εὐπορα, καὶ ἐπὶ τοῖς εὐπόροις τὰ ἄπορα· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις τὰ πεπαιδευμένα, καὶ ἐπὶ τοῖς πεπαιδευμένοις τὰ ἀπαίδευτα· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγεννέσι τὰ εὐγενῆ, καὶ ἐπὶ τοῖς εὐγενέσι τὰ ἀγεννῆ· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγνοοῦσι τὰ γιγνωσκόμενα, καὶ ἐπὶ τοῖς γιγνωσκομένοις τὰ ἀγνοούμενα· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀσυνέτοις τὰ συνετὰ, καὶ ἐπὶ τοῖς συνετοῖς τὰ ἀσύνετα· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀμαθέσι τὰ μεμαθημένα, καὶ ἐπὶ τοῖς μεμαθημένοις τὰ ἀμαθῆ· καὶ ἐπὶ τοῖς ἀπείροις τὰ ἔμπειρα, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐμπείροις τὰ ἄπειρα·

putas, versibus aquam ad labra usque Tantali perduxisset? deinde quot *alii* circumegisset Ixionem? Potius vero Thucydides ipse, parce hac orationis forma usus, vide, quam celeriter desistat, ubi vel machinationem aliquam declaravit, aut obsidionis formam explicavit, necessariam licet & utilem, aut Epipolarum formam, aut Syracusiorum portum. Cum enim pestilentiam describit, & longus esse videtur, at tu res ipsas cogita. sic enim celeritatem intelliges, & ut fugientem *velut* tamen facta, multa quidem illa retineant ac reprehendant.

58. Siquando vero etiam verba facientem aliquem inducere oportebit; maxime quidem personae convenienta, & propria negotio dicantur, deinde quam dilucidissime haec quoque. Quin tum etiam permissum tibi est rhetoricari, & vim dicendi ostendere.

59. Laudes quidem aut vituperationes, omni-

a Χρῆμα] Sic marg. A1. J. & Mf. Gr. Σχῆμα Edd. ceterae omnes. b Χρειώδες] Sic Edd. praeter J. quae Χρηώδες. c Ἢ] Ἦν M. male. d Λοιμὸν] Μὲν tantum M. e Αὐτῆ] Deest in Fl.

mus, non putat intelligendum hic nostrum *Ex. Spanh.* vir de literis & de Rep. optime meritus (in Hymn. Ap. f. 112.) Sed forte de altero juniore e sorore ejus nato; quamquam fateatur hunc fere designari, cum nulla alia additur distinctionis nota. Rem & ego in medio relinquo. De eo tamen *Cas.* ad *Athen.* 147. (Constat, doctissimum virum calumniandi ansam invidentibus praebuisse, quod multa quidem sed brevia carmina ederet. Solitus dicere Callimachus magnum librum magnum esse malum . . . tandem ut os obturaret malis hominibus, magnum poëma Hecalen inscriptum coactus est edere.) V. *Athen.* III. Καλλίμαχος ὁ γραμματικὸς τὸ μέγα βιβλίον ἔλεγεν εἶναι τὸ μιγάλο κακό. Ego certe apud eundem *Athen.* IX. 387. F. — Quando Ister dicitur καλλιμαχίζειν συγγραφεύς, ad vitium respici credo, quod hic a Luciano notatur. *M. du S.*

Καλλίμαχος] Juniorem quemdam Callimachum hunc esse, credit Illustr. *Spanhem.* ad Callimach. p. 118. quia alter brevitatis amans. *J. F. R.*

67. Πέντε ἴαμβοι] Brevitatem Callimachi Battiadae laudat, & haec Luciani forte ad alium pertinere, conjicit *Spanhem.* ad H. in Apoll. 112. p. 118. *J. M. G.*

72. Μηχάνημα] Vid. *Thucyd.* IV. 100. *M. du S.*

Ibid. Πολιορκίας χῆμα] In Thucydide laudat, quod nimius non sit in describendis πυρφόροις μᾶλλον δὲ ὁ Θουκυδίδης αὐτὸς ὀλίγα τῷ τοιούτῳ εἴδει τῆ λόγου χρησάμενος, σκέψαι, ὅπως εὐθὺς ἀφίσταται, ἢ μηχάνημα ἑρμηνεύσας, ἢ πολιορκίας χῆμα δηλώσας ἀναγκαῖον & χρειώδες ὄν, ἢ ἔτι πόλεων χῆμα, ἢ Συρακουσίων λιμένα. Quis credat tam politum scriptorem usum fuisse in eadem περιοχῇ bis voce χῆμα, ne dicam πολιορκίας χῆμα, quod vertunt *obsidionis speciem* inepte dici. Mf. optime. ἢ πολιορκίας χῆμα δηλώσας ἀναγκαῖον & χρειώδες, *aut rem ad obsidionem necessariam & utilem exponens.* De Sostrato vide *Plin.* XXXVI, 12. & *Strab.* lib. ult. *J. G. G.*

73. Χῆμα] Perperam in vulgatis legitur hic χῶμα pro χῆμα, quod recte exhibet Ed. *J.* *M. du S.*

74. Ἔτι πόλιων] Valde probo Ἐπιπολῶν, etsi vulgatam exhibeo. *J. F. R.*

Ibid. Σχῆμα] Non offendit me repetitio nominis χῆμα, alioquin sexcenta & nostri & optimorum quorumque scriptorum loca damnanda essent: sed illud offendit, quod libros omnes obsedit, ἔτι πολίων χῶμα, inconcinnum profecto, ubi id quod conjunctum est, nempe Συρακουσίων λιμένα, indicat, transire jam ad ipsa singularia exempla auctorem. Breviter Ἐπιπολῶν χῆμα legendum esse, ac sine dubitatione inter Luciani verba recipiendum, pauci ita vel duri erunt ad haec studia, vel tam morosi, quin nobis assentiantur. Describit Ἐπιπολῶν χῆμα *Thucydides* VI, 96. tanquam χω-

omnino moderatae, & circumſpectae, &. a calumnia remotae ſunto, & cum demonſtratione conjunctae, & celeres (*breves*), nec intempeſtivae. Alioquin extra tribunal ſunt, idemque quod Theopompus crimen ſuſtinebis, qui inimicitiarum quodam ſtudio plerosque accuſet, in eoque negotio diu moretur, ut accuſet potius, quam quae facta ſunt enarret.

60. Si etiam fabula ex transverſo incidat, dicenda quidem, non tamen omnino aſſeveranda, ſed relinquenda in medio, ut prout quisque voluerit, de ea exiſtimet: tu vero tutus, ac in neutram partem propenſus.

61. In univerſum autem, illud mihi memento, (ſaepius idem dicam) & non ad praeſens modo ſpectans ſcribito, ut qui nunc ſunt homines te laudent, & in honore habeant, ſed ad omnis aevi memoriam *quaſi* collineans, his potius ſcribe qui poſt

μένοι, καὶ ἀδιεσκεμμένοι, ἢ ἀσυκοφάντητοι, ἢ μὴ ἀποδείξεων, ἢ ταχεῖς, καὶ μὴ ἄκαιροι, ἐπεὶ ἔξω τῦ δικαστηρίυ ἐκεῖνοί εἰ-
90 σι. καὶ τ αὐτῷ Θεοπόμπῳ αἰτίαν ἔξεις, φιλαπεχθημόνως καὶ ἠγορῦντι τ̓ ὢν πολέων, ἢ ἰατρικὴν ποιεμένῳ τὸ πρᾶγμα, ὡς καὶ ἠγορεῖν μᾶλλον ἢ ἱστορεῖν τὰ πεπραγμένα.

95 f Καὶ μὴν ἢ μῦθος εἴ τις g παρεμπέσοι, λεκτέος μὲν, ὡ μὴν πιστὸς πάντως, ἀλλ' ἐν μέσῳ θετέος τοῖς ὅπως ἂν ἐθέλωσιν, εἰκάσυσι δεῖ αὐτῦ. h σὺ δ' ἀκίνδυνος, καὶ πρὸς ὑδέτερον ὑπερρεπέστερος.

Τὸ δ' ὅλον, ἐκεῖνό μοι μέμνησο, (πολλάκις i τὸ αὐτὸ ἐρῶ) ἢ μὴ πρὸς τὸ παρὸν μόνον ὁρῶν γράφε, ὡς οἱ νῦν k ἐπαινέσονταί σε, καὶ τιμήσουσιν, ἀλλὰ τῷ σύμπαντος αἰῶνος ἐσοχασμένος, πρὸς τὺς ἐπειτα μᾶλλον σύγγραφε, καὶ παρ' ἐκείνων ἀπαί-

f Καὶ μὴν ἢ] Ridicule *S.* Δὲ μὴν ἢ. Ceteras vulgatam ſervare cum M. notat *Solanus.* g Παρεμπέσοι] Παρεστέσοι. W. Vulgatam tenent *F. Fl. H.* &c. h Σὺ] Sic *F.* & marg. *AiW.* Σοὶ M. & Edd. praeter *F.* omnes. i Τὸ αὐτὸ] Τοῦτο *F.* Γὰρ τὸ αὐτὸ W. At vulgatam habent *Fl. H. B2. P. Ald.* &c. k Ἐπαινέσονταί σ. κ. τιμήσουσιν] Ἐπαινέσονταί σ. κ. τιμήσουσι *Fl.* & W.

χρημάτων ἀναπρήσαντος τι ἢ ἰδίᾳ ἢ πόλεως εὐθὺς καιμένου κ. τ. λ. Nomen *Epipeburum* ſervari tanto magis hic & ſupra debuit, cum etiam *Livius* hanc Syracuſarum partem patrio more appellarit 25, 24, 4. *F. M. G.*

89. Ἔξω τῦ δικ.] Sic intelligo: non habebitur illarum ab auditore vel lectore ratio, ut qui eas vel plane omiſſurus, vel indignas judicaturus ſit, quibus aſſentiatur: quemadmodum nempe accuſationis extra tribunal prolatae nulla habetur a judice bono ratio. *F. M. G.*

90. Θεοπόμπῳ] Atqui *Theopompum* hunc ipſum *Athen.* III. p. 85. A. veritatis amantem ait fuiſſe, ejusque perveſtigandae ſtudio magnam pecuniae vim inſumpſiſſe. *Mahnius*, inquit, ὁ δὲ Θεοπόμπου τῦ χίου ἀνὴρ φιλαλήθους ἢ πολλὰ χρήματα καταναλώσαντος εἰς τὸ περὶ τ ἱστορίας ἐξετάσαι ἀκριβῶς. „ De impenſis Theopompi, inquit, ad hunc locum *Caſaub.* non tacet „ *Dion. Halic.* in epiſt. ad Pomp. De amore veritatis „ non deſunt qui obſtrepant. *Athen.* ipſe l. 6. δυσμενῶς appellat, parum conſtans ſibi. Sed quia ingenua libertate vitia hominum Theopompus carperat, multorum odia veritas illi paraverat. Itaque βάσκανον & aliorum virtutibus invidentem multi pronuntiarunt, quos refellit *Dion. Lucianus*, „ &c. Hinc Theopompicum ſcribendi genus nomi„ nat *Cicero*, cum de omnibus omnia libere palam „ dicuntur, ad Att. II." De *Theopompi* maledicendi prurigine non *Luc.* ſolus, ſed multi conqueſti ſunt viri graviſſimi. *Ciceronis* judicium audiviſti. Lege etiam *Corn. Nep.* in Alcibiad. c. 11. V. & *Plut.* 1570. f. *M. du S.*

95. Καὶ μὴν καὶ] Hic potius pleonaſmus elegantiae eſt, (licet alibi illud nimis frequentatum ἢ oderim) ſic etenim & *Long.* Paſt. I. p. 26. Ed. *Jungerm.* καὶ ἅμα ἢ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὑπεφύγχιλε. Idem p. 28. ἢ καθεῖσα ἢ αὐλὺς ἐνέβαλλε τῷ κόλπῳ. Noſter ſupra c. 37. ἢ ἐν Δίᾳ, ἢ ὁ τραπεζοκόμος. Et c. ſive §. 46. Καὶ μὴν ἢ σωφρόνη. & T. I. *Somn.* c. 7. ubi ſimilia jam notavit Cl. *Hemſterh.* Et non ſemel alibi. *J. F. R.*

98. Σὺ] Sic Ed. *F.* In reliquis eſt σοὶ *M. du S.*

Σὺ δ'] Legendum eſſe, non σοὶ δ' ut lectum eſt adhuc, ſed σὺ δ' ut interpretati ſumus, facile, puto, conſtabit. *F. M. G.*

2. Πολλάκις] Notabat *Solanus* noſter *Vorſtium* legere ἀς πολλάκις, non imperite profecto, ubi cetera ſic legerentur, ut in *Junt.* quae πολλάκις τοῦτο ἐρῶ, idque ſine parentheſi, habebat; cum vero aliae non τοῦτο, ſed τὸ αὐτὸ exhibeant, & parentheſin etiam non-

ἀπαίτει τ μισθὸν τ γραφῆς, ὡς λέγηῃ ϗ τοιοῦτόν σοῦ, ἐκεῖνόν μέντοι ἐλεύθερόν ἀνῆκε ἦν, ϗ παῤῥησίας [a] μετὸς, [b] ὐδὲν ὐδὲ κολακευλικὸν, ὐδὲ [c] δολοπρεπὲς, ἀλλ' ἀληθεια ὅπι πᾶσι. τοῦτ' εἰ [d] σωφρονοίη τις, ὑπὲρ [e] πάσας τὰς νῦν ἐλπίδας θεῖτο ἂν, ὕτως ὀλιγοχρονίως ὔσας.

Ὁρᾷς τ Κνίδιον ἐκεῖνον ἀρχιτέκτονα, οἷον ἐποίησεν; οἰκοδομήσας γὰρ τ ὅπι τῇ Φάρῳ πῦργον, μέγιστον ϗ κάλλιστον [f] ἔργων ἁπάντων, ὡς πυρσεύοιλο ἀπ' αὐτῆ τοῖς ναυτιλλομένοις, ὅπι πολὺ τ θαλάτης, ϗ μὴ καταφέροιλο εἰς τ [g] Παραιλονίαν, παγχάλεπον, ὡς φασιν, ὔσαν, ϗ [h] ἄφυκλον, εἴ τις ἐμπέσοι εἰς τὰ ἕρμαῖα. οἰκοδομήσας ὖν τὸ ἔργον, ἔνδοθεν μὲν κτ τοῦ λίθων τὸ [i] αὐτῆ ὄνομα ἐπέγραψεν, ὅπιχρίσας δὲ τιτάνῳ, ϗ ὅπικαλύψας, ἐπέγραψε τῦτο

erunt, & ab illis scriptionis mercedem reposce, ut de te etiam dicatur, *Ille tamen liber fuit, & dicendi fiducia plenus. Nihil neque adulatorium, neque servile, sed veritas in omnibus.* Hoc, si quis sapiat, super omnes hujus vitae spes, quae parvi adeo temporis sunt, posuerit.

62. Vides ne tu Cnidium illum architectum, quale quid fecerit? Cum enim aedificasset illam in Pharo turrim, maximum omnium operum pulcherrimumque, ut inde signum igne accenso tolleretur navigantibus longe in mari, ne in Paraetoniam deferrentur, difficillimam, ut ajunt, & unde effugere non posset, si quis incidisset in scopulosa illa loca. Opere igitur exaedificato, intus quidem in ipsis saxis suum nomen inscripsit. Inducta vero calce cum texisset, *ipsi tectorio* inscripsit nomen Regis, qui tum erat; qui sciret, quod etiam

a Μετὸς] Μισθὸς male W. *b* Οὐδὲν] Deest in *S.* adest in *Fl. F. H.* &c. & W. *c* Δουλοπρεπὲς] Ita recte *Fl. Fr. S. A.* & W. Item marg. *AIW.* Δολοπρεπὲς male reliq. Edd. *d* Σωφρονοίη] Sic P. *P. Ald. F. H.* Σωφρονοῦ W. Σωφρονεῖ Ex. *Fl.* *e* Πάσας τὰς] Τὰς πάσας W. *f* Ἔργων] Ἔργων W. Vulgatam non movent *F. Fl. H.* &c. *g* Παραιτονίαν] Παμαιτονίαν W. Nil mutant Edd. priscae. *h* Ἄφυκλον] Ἄφυλλον male Edd. & M. *i* Αὐτοῦ] Αὐτῦ Edd.

nullae addant, non opus jam ὡς addere; verum illud ϗ ex W. potius reciperem. *F. E. R.*

11. Δουλοπρεπὲς] Antiquiores fere omnes Edd. legunt hic δολοπρ— barbare, *Ald.* nempe *F.* & *B2. P.* etiam. Sed bene habet in *Fl. Fr.* etiam *S.* & *A.* & in M. Codice. *M. du S.*

15. Κν. ὁ ἀρχιτ.] Nomen ex inscriptione, quam mox exhibet, patebit. *M. du S.*

16. Ἐπὶ τῇ Φάρῳ πῦργον] De hac turri vid. *Scholiast.* 55. ad *Icaromen.* c. 12. & notam Cl. *Humphr. Prideaux* ad L. I. Partis posterioris historiae suae, qua vetus testamentum cum novo connectit. p. Ed. in 8o. 9. *M. du S.*

20. Παραιτονίαν] *Plut.* Anton. 814. B. & *Ovid.* am. II. El. XIII. 7. *Paraetonium* vocant. *Strabo* etiam non semel & *Polyaenus* Strat. II. p. 145. C. Sed mutare hic non ausim; & omnino sic editum a Luciano ipso, ut vulgo nunc legitur, existimem. *M. du S.*

21. Ἄφυκλον] Sic sexcentis in locis apud hunc scribitur, ut in *Dial. Apoll.* & *Merc.* seu Θ. δ. XVII. ἔκειλε δὲ σωμὸς ἐν ἀφύκτῳ ἰχθύων ἐαυτὸν, ἰσόδη. Sic in Μισθ. c. 3. B. in Γυμν. c. 2. & 29. In Πανθ. etiam c. 2. &c. & auctoribus Mss. A. B. & M. in Ἑρμ. c. 79. Ut nullum dubium sit, debere etiam hic scribi ἄφυκλον, non ut in omnibus, ἄφυλλον. M. tamen Codex, qui in Ἑρμ. etiam habet ὄφυκλα, hic mendose cum caeteris ἄφυλλον habet. *M. du S.*

Ἄφυκλον] Ἄφυκλον verum esse, vid. var. lect. ad *Ver. Hist.* I. c. 39. & supra, *Deor. Dial.* XVII. *F. E. R.*

22. Οἰκοδομήσας ὖν] Illud ὖν epanalepsi inservire, vid. supra ad *Zeux.* c. 1. *F. E. R.*

24. Αὐτοῦ] Etsi veteres Edd. αὐτοῦ spiritu leni hic quoque scribunt, & supra aliquanto lenior visus sum in tolerando αὐτὸν pro αὐτὸν, hic tamen ad perspicuitatem sensus nimium interest, qui omnino reciprocum postulat, suum enim, non regis nomen intro scripserat architectus. *F. E. R.*

Ibid. Ἐπιχρίσας] Unde haec habuerit *Luc.* incertum; *Strabo* enim & *Plin.* factam ei a Rege inscribendi proprii nominis potestatem, disertis verbis testantur; hic XXXVI. 12. ille XVII. p. 791. D. Vide si lubet, *Is. Voss.* ad Pomp. Melam II. 7. & *Luciani Schol.* ad *Icarom.* No. 48. *M. du S.*

30. Θεοῖς σωτ.] *Ptolemaeum* & *Berenicen* intelligunt viri doct. bene multi. Consule *Spanh.* 415. Eandem inscriptionem habet *Strabo* l. c. *M. du S.*

33. Ἀλλ' εἰς τ νῦν, ϗ τ νῦν ϵ τ ἀεὶ] Ἀλλ' εἰς τ νῦν, ϗ τ ἔκειλε. κ. τ. ἀ. *Th. M.*

41. Κεκύλισται ὁ λίθος σὺν κρανίῳ.] Κεκύλισται ὁ λίθος. Refert ad dolium Diogenis. *Th. M.*

42. Λίθος] Sic omnino legendum cum M. & editio-

etiam contigit, parvo admodum interjecto tempore futurum, ut cum tectorio excideret literae, in conſpectum vero prodiret *Soſtratus Dexiphanis Cnidius, Diis ſervatoribus pro his qui fluctu jactantur.* Ita neque ille ad tempus quod tum erat, neque ad ſuam vitam, brevem illam oppido, reſpexit, ſed in hoc quod nunc eſt quodque futurum omni aevo, quam diu turris ſteterit, ipſiusque manſerit artificium.

63. Oportet igitur hiſtoriam quoque eo modo ſcribi cum veri ſtudio potius ad ſpem futuram, quam cum adulatione, ad ſuavitatem ex praeſenti laude capiendam. Illa tibi regula & perpendiculum verae hiſtoriae, quo ſi qui dirigi ſe patiantur, bene habuerit, & recte nobis proceſſerit ſcriptio: ſin minus, at dolium volutum eſt in Craneo.

νομα τῆ τότε βασιλεύοντι, εἰδὼς ὅτι οὐ γενήσεται, πάνυ ὀλίγα χρόνα συνεκπεσούμενα μοὶ τῷ χρίσματι τὰ γράμματα, ἐφανησόμενον δὲ, ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ ΔΕΞΙΦΑΝΟΥΣ Κνίδιος, θεοῖς σωτῆρσιν ὑπὲρ τῶν [k] πλωϊζομένων. οὕτως οὐδ' ἐκεῖνος ἐς τὸν τότε χρόνον, οὐδὲ τὸν [l] αὐτοῦ βίον τὸν ὀλίγον ἑώρα· ἀλλ' [m] εἰς τὸν νῦν, καὶ τὸν ἀεί, ἄχρις ἂν [n] ἑστήκῃ ὁ πύργος, καὶ μένῃ αὐτοῦ ἡ τέχνη.

Χρὴ τοίνυν καὶ τὴν ἱστορίαν οὕτω γράφειν σὺν τῷ ἀληθεῖ μᾶλλον πρὸς τὸ μέλλουσαν ἐλπίδα, ἢ σὺν κολακείᾳ πρὸς τὸ ἡδὺ τοῖς νῦν ἐπαινουμένοις. οὗτός σοι κανὼν καὶ στάθμη ἱστορίας δικαίας. καὶ εἰ μὲν σταθμήσονταί τινες αὐτῇ, εὖ ἂν ἔχοι, καὶ εἰς δέον ἡμῖν γέγραπται. εἰ δὲ μή, κεκύλισται ὁ λίθος ἐν [p] Κρανείῳ.

k Πλωϊζ.] Ita recte *F. Fl. S.* & *Ald.* Πλωϊζ. prima correpta aliae & W. *l* Αὐτοῦ] Αὐτῷ Edd. *m* Εἰς τὸν νῦν] Καὶ τὸν ἑπόμενον addit *Marc.* Sed nulla Ed. id habet. *n* Ἑστήκῃ] Sic *F. Ald. H. P.* & P. &c. Ἑστήκει *Fl.* *o* Ὁ λίθος] Sic recte M. *Fl.* Marg. *AIW. P. S. A.* Λίθος male *F. Ald. H. B2.* & L. *p* Κρανείῳ] Sic fuerat in W. Sed mutatum in Κρανίῳ.

tionibus nonnullis. In L. & aliis λίθος, prave. Vid. ſupra c. 3. ad quam hiſtoriam alludit. *M. du S.*

42. Κρανίῳ] Lucianus praecepta hiſtorica claudens, ait ſe exhibuiſſe normam & amuſſim juſtae hiſtoriae, quam ſi quis obſervent, bene ſe rem habere, & alicui bono ſuum hoc fore ſcriptum; ſin minus, volutatum eſſe in Cranio dolium [εἰ δὲ μὴ, κεκύλισται ὁ λίθος εἰς τὸ κρανίον] Alludit Noſter ad id, quod ſupra c. 3. de Diogene ſatis lepide narraverat; nimirum eo tempore, quo Philippus Macedo diceretur Corinthum invaſurus, valde turbatos fuiſſe Corinthios, & ad opus ſe accinxiſſe; alios aliud paraſſe; hunc arma fabricatum eſſe; illum lapides attuliſſe; neminem denique fuiſſe otioſum. Quo viſo, Diogenem, quum nihil quod ageret, haberet, nec a quoquam ad aliquod adhiberetur, multo ſtudio volutaſſe ſurſum ac deorſum per Cranium ſuum dolium, interrogatumque quid illa ageret, reſpondiſſe, ſe quoque, ne ſolus inter tot laborantes cerneretur otioſus, volutare ſuum dolium. Id ergo vult hoc in loco Lucianus, omnes hac tempeſtate, tantopere πολυφώνῳ, aliquid hiſtorici lucubrantur: ego vero, ne ſolus nihil dicar feciſſe, hiſtoriei partes perſecutus ſum; ſi ad aliorum id fecero utilitatem, operae habiturus ſum pretium: ſin, cum Diogene aliquid ſaltem egero. Caeterum Cranium, in quo Diogenem degiſſe, ex hoc loco patet, fuiſſe gymnaſium ante Corinthum, ait *Diogenes Laërtius*; qui locum hunc non, ut hic Lucianus cum *Heſychio*, Κράνιον, ſed Κρανεῖον appellat. In Noſtri primo *Mortuor. dialogo* ſcribitur Κράνειον. *F. F.*

Κρανείῳ] Videas *Th. Marc.* quoque ſcribere κρανίου; ſed cur hoc improbem, vid. ſupra ad c. 3. *F. F. B.*

ΑΛΗΘΟΥΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

VERAE HISTORIAE LIBER PRIMUS.

ΩΣΠΕΡ τοῖς ἀθλητικοῖς καὶ περὶ τὴν τῶν σωμάτων ἐπιμέλειαν ἠσκημένοις, οὐ τῆς εὐεξίας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐν τῷ γυμνασίῳ φροντίδος ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐν καιρῷ γιγνομένης ἀνέσεως, μέρος γὰρ τῆς ἀσκήσεως τὸ μέγιστον αὐτοῖς ὑπολαμβάνουσιν· οὕτω δὴ καὶ τοῖς περὶ λόγους ἐσπουδακόσιν ἡγοῦμαι προσήκειν μετὰ τὴν πολλὴν τῆς σπουδαιοτέρας ἀναγνώσεως, ἃ ἀνεῖναί τε τὴν διάνοιαν, καὶ πρὸς τὰ ἑπόμενα κάμνοντα ἀκμαιοτέραν παρασκευάζειν.

Γένοιτο δ' ἂν ἐμμελὴς ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῖς, εἰ τοῖς τοιούτοις τῶν ἀναγνωσμάτων ὁμιλοῖεν, ἃ μὴ μόνον ἐκ τοῦ ἀστείου τε καὶ χαρίεντος ψιλὴν παρέξει τινὶ ψυχαγωγίαν, ἀλλά τινα καὶ θεωρίαν οὐκ ἄμου-

1 QUemadmodum athletis, & his qui circa corporis curam exercentur, non habitus modo boni, neque exercitationum cura est, sed opportunae etiam remissionis, quippe quam partem exercitationis vel maximam arbitrentur: ita etiam his, qui studium in literis posuerunt, convenire arbitror, ut post multam severiorem lectionem remittant cogitationem, & ad futuros labores alacriorem reddant.

2. Conveniens autem illis requies contingat, si in iis legendis versentur, quae non nudam modo ex urbanitate & venustate delectationem praebeant, sed cognitionem etiam non ineruditam suppeditent, qua-

ΑΛΗΘΟΥΣ ΙΣΤ.] Ἀληθῶν διηγημάτων Schol. & Coll. Vulgatum tit. servant Fl. Ald. J. P. &c. a Ἀσῶνας] Ἀσίνας C. Nihil vulgatum mutat Fl. J. H. P. b Ἀνάπαυσις] Alii. ἀνάγνωσις Coll. At nihil mut. Edd. vett. c Τοῖς τοιούτοις] Τῶν τοιούτων Fl. male. Vulgatum cett. Editionum firmat Cod. P. d Παρέξει] Ita bene Ald. Fl. H. P. Παρέξῃ J. male. e ψυχαγ.] ψυχαγ. J. male.

* ΑΛΗΘΙΝΩΝ ΔΙΗΓΗΜΑΤΩΝ. Inscript. Scholiast.

9. Ἀσῶνας] Γρ. ἀσίνας. G.

11. Ἀνάγνωσις] Γρ. ἡ ἀνάπαυσις. G.

* Hic titulus in MS. cum in editis libris vocetur hoc opus ἀληθὴς ἱστορία. Recte eodem redit. J. Cler. (sic etiam legitur in C.)

ΑΛΗΘΟΥΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ] Fabulosarum narrationum ejusmodi antiquiorem hac eam fuisse Photius censet, quam Antonius Diogenes de Thule Insula, lib. XXIV. ediderat. De quo libro ille Cod. CLXVI. p. Ed. Aug. 384. & seqq. Addit enim p. 389. καὶ δὴ τῶν περὶ ἀληθῶν διηγημάτων Λουκιανοῦ, καὶ τῶν περὶ μεταμορφώσεων Λουκίου, πάνυ ἐμοὶ δοκεῖ νέαν εἶναι τούτου. Sed cum putarit Photius, ut ex sequentibus ejus verbis patet, Diogenem Antonium suum vixisse fere Alexandri Magni tempore; vanissimam hanc ejus conjecturam, ego quidem existimo; Lucianoque fuisse recentiorem; cum hanc rem, ut novam prorsus, aggredi sibi visus sit Noster. *M. du S.*

1. Ἀθλητικοῖς] *Mos athletarum.* Praefatio in veras narrationes, in qua de corporis & animi cura agit, ac docet quibus modis utriusque labores sint moderandi. De remissione studiorum lege *Quintil.* L. I. c. 4. *Cic.* in Offic. *Senec.* de vit. tranquil. c. 15. & ult. *G. C.*

3. Εὐεξίας] Medicis εὐεξία est perfecta sanitas; sive, ut *Galenus* definit: τὸ ὑγιεινῶς ἔχειν ἐπὶ τελειότης. Vid. *Foesii* Oecon. Hippocr. Εὐεξία vero athletica aliquanto plus significat: est enim ea quidam excessus sanitatis, id est corpus musculosum, torosum pleniusque nutritum exhibens. De athletarum isto *habitu* ac victu quo illum adquirebant atque conservabant, vid. *Mercurial.* de Art. gymnast. *J. F. R.*

11. Ἐμμελὴς] Sic supra Συγγρ. c. 14. Ὁρᾷς ὡς ἐμμελὴς ἡ ἁρμονίη. *M. du S.*

16. Τῶνδε τῶ] De repetitione ista articuli jam bis alibi monuimus. Sed conf. modo *Somn.* §. 15. τῷ δὲ τῷ δικαιοσύνης. Addo hic tantum *Long. Past.* II. p. 68. Ed. *Jungerm.* ἐν τῷδε τῷ ἄντρῳ. & p. 67. ἅρα μέμνησαι τῆς πηδίου τοῦδε, καὶ τῆς Νυμφῶν τῆσδε; quod tamen inverso ordine positum majorem demonstrandi vim habet. Sed rursus ut Noster, idem *Longus* I. p. 3. ἐν τῷδε τῷ ἀγρῷ. Et ibid. paullo supra: ἐν ταύτῃ τῇ πόλει τῆς Μιτυλήνης. Atque alibi passim. *J. F. R.*

23. Τινας . . . σ—τας] In L. *Fl.* & *B2.* recte legitur τινας; in reliquis τινα, corrupte. *M. du S.*

Ibid. Πρὸς τινὰς] Sic habere dixi *Fl.* & *B2.* ceteras

τὰς

quale quid etiam de hiſce libellis ut ſentiant *lectores*, futurum exiſtimo. Neque enim ſola argumenti peregrinitas, neque quod in ipſo conſilio venuſtum eſt, ipſos alliciet, neque quod mendacia varia probabili & veriſimili oratione protulimus, ſed etiam quod eorum, quae narrantur, unumquodque non ſine comica quadam hilaritate reſpectum occultum habent ad quosdam veterum poëtarum, & hiſtoricorum & philoſophorum, qui portentoſa multa & fabuloſa conſcripſerunt, quos nominatim ſcripſiſſem, niſi futurum eſſet, ut tibi ipſi inter legendum appareant.

3. Scripſit Cteſias Cteſiochi F. Cnidius de Indorum regione, & his quae ibi ſunt, quae neque vidit ipſe, neque alio dicente audivit. Scripſit autem Iambulus etiam de magni maris rebus multa admirabilia, manifeſtum quidem omnibus mendacium fingens, non indelectabile tamen componens

σον ὑπιδείξεται, οἷόν τι ᾖ περὶ τῆσδε τῆς συγγραμμάτων Φρονήσεων ὑπολαμβάνω. οὐ γὰρ μόνον τὸ ξένον τῆς ὑποθέσεως, οὐδὲ τὸ χαρίεν τῆς προαιρέσεως ἐπαγωγὸν ἕξει αὐτοῖς, οὐδ' ὅτι ψεύσματα ποικίλα, πιθανῶς τε καὶ ἐναλήθως ἐξενηνόχαμεν, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν ἱστορεμένων ἕκαστον οὐκ ἀκαιρωδῶς πρὸς τινὰς [f] πέπλεκται τῶν παλαιῶν ποιητῶν τε, καὶ συγγραφέων, καὶ φιλοσόφων, πολλὰ τερατεύσασθαι καὶ μυθῶδη συγγεγραφότας· οὓς καὶ ὀνομαστὶ ἀνέγραφον, εἰ μὴ καὶ αὐτῷ σοι ἐκ τῆς ἀναγνώσεως φαίνεσθαι ἔμελλε.

Κτησίας ὁ Κτησιόχου, ὁ Κνίδιος, συνέγραψε περὶ τῆς Ἰνδῶν χώρας, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς, ἃ μήτε αὐτὸς εἶδε, μήτε ἄλλου [g] εἰπόντος ἤκουσεν. ἔγραψε δὲ καὶ Ἰαμβοῦλος περὶ τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ θαλάττῃ, πολλὰ παράδοξα· γνώριμον μὲν ἅπασι τὸ ψεῦδος πλασάμενος, οὐκ ἀτερπῆ δ' ὅμως συν-

θεὶς

f Τινὰς] Sic *Fl. B2.* & L. Τινὰ cett. omnes. *g* Εἰπόντος] Ἀληθεύοντος *Fl.* Vulgat. ſervant reliquae.

τινά. Quod tamen non de accentu quoque intelligendum; nam ſcribunt πρός τινα & πρός τινας. Ego vero ex Grammaticis praeceptis poſt praepoſitionem accentum encliticae reddo. Etli Edd. Luciani ubique aliter habent. Atona autem particula ſequente accentum praepoſitionis inverto, ſcribens πρός τε. *J. F. R.*

28. Κτησίας] Liber iſte *Cteſiae* cum reliquis ejusdem periit. *Photius* tamen ex eo nonnulla excerpſit, ex quibus, ſi ex aliis neſciremus, vanum ac mendacem *Cteſiam* fuiſſe ſatis demonſtratur, qui fabulas meras pro viſis & auditis tradat. Vid. *Plut.* in Artax. *M. du S.*

30. Ἄλλου εἰπόντος] Longe rectius in Flor. Cod. quem ſequutus eſt Interpres ἄλλου ἀληθεύοντος. Probatur illius hiſtoria, vel qui rebus interfuit, vel qui e commentariis eorum qui adfuerunt hauſit: unde illud in hiſtorico fide dignum καὶ ὑμοῖς ἀπιστάμενα, qua de re locus alius dicendi. *J. B.*

Ibid. Εἰπόντος] Lucianus proxime praecedenti libello, praeceptis datis, quae bono obſervanda ſint Hiſtorico, quo ſpecimen alicujus Hiſtoriae, haud dubie ſecundum leges a ſe latas conditae, ipſe exhibeat; hoc in libello ipſe narrat hiſtoriam. Veram quidem eam inſcribens, pro falſa & ficta tamen haberi cenſens. Ne autem ſine exemplo videatur narrare, quae nusquam ſcripta vel picta exſtent, Cteſiae & Jambuli exempla commemorans, Κτησίας ὁ Κτησιόχου, inquit, ὁ Κνίδιος, συνέγραψε περὶ τῆς Ἰνδῶν χώρας, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς, ἃ μήτ' αὐτὸς εἶδε, μήτ' ἄλλου εἰπόντος ἤκουσε. ἔγραψε δὲ καὶ Ἰαμβοῦλος περὶ τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ θαλάττῃ, πολλὰ παράδοξα, γνώριμον μὲν ἅπασι τὸ ψεῦδος πλασάμενος, οὐκ ἀτερπῆ δ' ὅμως συνθεὶς τὸν ἱστόρεον. *Cteſias, Cteſiochi filius, Cnidio oriundus, de regione Indorum, deque iis, quae apud illos ſunt, ea conſcripſit, quae neque ipſe viderat, neque ex alio narrante intellexerat. Scripſit autem etiam Jambulus de rebus in mari magno, multa praeter omnium opinionem, ficto quidem mendacio, quod omnibus eſſet manifeſtum; non tamen injucunde compoſito argumento.* Hic pro ἀληθεύοντος ex Flor. Codice ἀληθεύοντος profert *Bourdelotius* pag. 641. idque vulgato rectius judicat. At Hercle, non puto, facile quemquam hic quidquam mutari velle, qui vim orationis conſideret. *Cteſias*, ait, *Cnidius de Indorum regione & rebus ea ſcripſit, quae neque ipſe viderat, neque alium dicentem audiverat.* Id vult Noſter, ea, quae de Indis ſcripſerit Cteſias, eſſe plane ficta; id vero probat eo, quod ipſe Cteſias eorum nihil neque vidiſſet, neque tando accepiſſet. Nam ſi ab aliquo, ſive vera, ſive falſa narranti, ea audiviſſet, non omnino potuiſſent illa dici ab Cteſia eſſe ficta. *J. F.*

31. Ἰαμβοῦλος] De mirificis hominum formis in India quaedam tradidiſſe, teſtis eſt *Tzetzes* Chil. VIII. h. 144: Quando ſcripſerit, ignoratur. Citatur etiam ab *Harpocratione* in Ἄδωρος vid. *Voſſ.* L. III. Adde his *Megaſthenem Plut.* 1728. C. *M. du S.*

35. Τὰ

θεὶς τ ὑποθεσιν. πολλοὶ δὲ ϗ ἄλλοι τὰ αὐτὰ τούτοις προελόμενοι, συνέγραψαν, ὡς δὴ τινας ἑαυτῶν πλάνας τε, καὶ ἀποδημίας, θηρίων τε μεγέθη ἱστορῦντες, ϗ ἀνθρώπων ὠμότητας, καὶ βίων καινότητας. ἀρχηγὸς δὲ αὐτοῖς ϗ διδάσκαλος ὁ τοιαύτης βωμολοχίας, ὁ τ Ὁμήρου Ὀδυσσεὺς, τοῖς περὶ τ Ἀλκίνοον διηγούμενος, ἀνέμων τε δουλείαν, ϗ μονοφθάλμους, ϗ ὠμοφάγους, ϗ ἀγρίους τινὰς ἀνθρώπους. ἔτι δὲ πολυκέφαλα ζῶα, ϗ τὰς ὑπὸ φαρμάκων τ ἑταίρων μεταβολὰς, οἷα πολλὰ ἐκεῖνος πρὸς ἰδιώτας τοὺς Φαίακας ἑτερατεύσατο.

Τούτοις ὧν ἐντυχὼν ἅπασι τῷ ψεύσασθαι μὴ, ὑ σφόδρα τοὺς ἄνδρας ἐμεμψάμην, ὁρῶν ἤδη σύνηθες ὂν τοῦτο ϗ τοῖς φιλοσοφεῖν ὑπισχνουμένοις. ἐκεῖνο δ' αὐτῶν ἐθαύμασα, εἰ ἐνόμισαν λήσειν σὺκ ἀληθῆ συγγράφοντες. διόπερ ϗ αὐτὸς ὑπὸ κενοδοξίας ἀπολιπεῖν τι σπουδάσας τοῖς μεθ' ἡμᾶς, ἵνα μὴ μόνος ἄμοιρος ὦ τ ἐν τῷ μυθολογεῖν ἐλευθερίας, ἐπεὶ μηδὲν ἀληθὲς ἱστορεῖν εἶχον (οὐδὲν γὰρ ἐπεπόνθειν ἀξιόλογον) ὅτι τὸ ψεῦδος ἐτραπόμην, πολλῷ τ ἄλλων εὐγνωμονέστερον. κἂν ἐν ᾧ δὴ τοῦτο ἀληθεύων λέ-

argumentum. Multi vero alii etiam eodem inſtituto ſcripſere velut ſuos quosdam errores, & peregrinationes, ubi beſtiarum magnitudines enarrant, & hominum crudelitates, & novas victus rationes. Dux autem illis & magiſter ejus ſcurrilitatis, Homericus ille Ulyſſes, enarrans Alcinoo, ventorum ſervitia, & coclites, crudivorosque, & ſilveſtres quosdam homines; ad haec multorum capitum animalia, & verſos *in animalia* medicamentis quibusdam ſocios, quod genus multa ille ad imperitos Phaeaces prodigioſe enarravit.

4. In hos igitur cum incidiſſem, omnes, mendaciorum cauſſa non valde reprehendi homines, qui viderem, olim ſolenne hoc eſſe his etiam, qui philoſophiam promitterent: at illud miratus ſum, ſi putarunt, fieri poſſe ut lateat, ſe non vera ſcripſiſſe. Quare & ego, cum gloriolae quodam ſtudio impulſus ipſe quoque relinquere aliquid vellem poſteris, ne ſolus expers eſſem illius fingendi libertatis, quando veri nihil narrare poteram, cui nihil dignum dictu uſu venerit, ad mendacium converſus ſum multo aliorum mendaciis rationabilius: quandoquidem vel unum hoc certe verum di-

a Κενοδοξίας] *Vorſt.* & Ed. *S.* Καινοδοξίας cett.

50. Ὁρῶν ἤδη] * Ταῦτα εἰς Πλάτωνα ἀνατίθεται πολλαχοῦ μὲ ϗ ἀλλαχοῦ μυθολογοῦντα, μάλιστα δὲ ϗ τῷ διαπέρᾳ τ πολιτείας, τὰ περὶ τ ϗ ᾅδου διεξιόντα. *V.*

* Ταῦτα] Τάχα erat editum; ſed ex C. correxit *M. de S.* mox μὲν inſerui ac δὲ, item διαπέρᾳ, quae omnia aberant ab Edit. *Clerici.*

35. Τὰ αὐτὰ τούτοις] *Eadem atque illi.* Sic mox §. 5. τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἔχοντας. Et *de Salt.* §. 2. ac ſexcenties alibi. *Plutarch.* de virt. mulier. pr. Οὐ τὴν αὐτὴν τῇ Θουκυδίδῃ γνώμην ἔχομεν. *Ariſtot.* Hiſt. animal. I. pr. Τὰ αὐτὰ ἀλλήλοις, *eadem inter ſe.* Et de *generat. animal.* III. 5. οὐχ ὁμοιοτρόπως ἴχνει αὐτοῖς. Quem Graeciſmum & Latini amant, dicentes, *idem facit illi*, pro idem quod ille. Vid. *Cort.* ad Salluſt. Catil. 20. 3. exemplorum ſatis adducentem. Non monerem, niſi viderem plerosque hodie ſcribere minus probate, *idem eſt cum illo.* Etſi paullo alio ſenſu non barbarum pronuntio: *eadem vobiſcum agam*; nec ſatis credo adfirmanti Cortio, *Salluſtium* l. c. eumdem Graeciſmum adhibuiſſe, cum ſcribit: *ſimul quia vobis, eadem mihi, bona malaque intellexi*; quia dativus *mihi* ſimplicius refertur ad *mala*, quam ad *eadem*, ut ſenſus ſit, quae *mala mihi*, i. e. pro me. *J. F. R.*

41. Ὁμήρου Ὀδυσσεὺς] Ulyſſes in patriam redituru, gravi exorta tempeſtate, primum in Ciconum litus appulſus eſt. Atque inde rurſus ſolvens, ſimili tempeſtate ejectus in Aphricam ad Lothophagorum gentem pervenit: inde in Siciliam delatus eſt, ubi Cyclopi oculum eruit praeuſto ſtipite. Hinc in Æoliam navigans, ab Æolo ventos coactos in utrem obtinuit. Poſtea ad Læſtrygonas, tum ad Circen pervenit, poſt haec in inſulam Syrenum delatus eſt. Inde Scyllam tranſiens & Charybdim, in Siciliam pervenit, tandem in Phaeacenſium portum adnatavit. *G. C.*

47. Τῶν τ. Φαίακας] *Vacui capitis populum Phaeaca* dicit *Juv.* (XV. 23.) *A. V.*

Ibid.

dico, me mentiri. Ita autem mihi videor etiam crimen circa reliqua effugere, qui ipse veri nihil me dicere fatear. Scribo igitur, de quibus neque vidi, neque expertus sum, neque audivi ab aliis; adhaec, quae neque sunt, neque fieri omnino possunt. Nullo modo igitur fidem adhibere illis par est, si qui lectores mihi contigerint.

5. Jam solvens aliquando de columnis Herculis, & in Occidentalem Oceanum delatus, secundo vento navigabam. Caussa mihi peregrinationis & institutum mentis quaedam inanis sedulitas, novarumque rerum cupido, & quod discere vellem, quis finis esset Oceani, quique in diverso illius litore habitarent homines. Hujus igitur rei caussa, magnam vim ciborum, & aquae quod satis esset imposueram. Porro aequalium quinquaginta mihi adjunxeram, qui consilium idem haberent: adhaec armorum magnam vim paraveram, gubernatoremque optimum magna mercede inductum adsciveram: ac navim, erat autem acatium, ut ad magnam violentamque navigationem, firmaveram.

60 ογω, ὅτι ψεύδομαι, ὅτω δ' ἄν μοι δοκῶ καὶ τὴν πρὸς τὰ ἄλλων καλῃγορίαν ἐκφυγεῖν, αὐτὸς ὁμολογῶν μηδὲν ἀληθὲς λέγειν. γράφω τοίνυν περὶ ὧν μητ' εἶδον, μητ' ἔπαθον, μήτε παρ' ἄλλων ἐπυθόμην· ἔτι δὲ μηδὲ 65 ὅλως ὄντων, μηδὲ τὴν ἀρχὴν γενέσεως δυναμένων. διὸ δεῖ τοὺς ἐντυγχανούσας μηδαμῶς πιστεύειν αὐτοῖς.

Ὁρμηθεὶς γὰρ ποτε ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν, καὶ ἀφεὶς ἐς τὸ ἑσπέριον Ὠκεανὸν, ὑρίῳ 70 ἀνέμῳ τὴν πλεῦν ἐποιούμην. αἰτία δέ μοι τῆς ἀποδημίας, καὶ ἡ κατάθεσις, ἡ τῆς διανοίας ἀεργία, καὶ πραγμάτων καινῶν ἐπιθυμία, καὶ τὸ βούλεσθαι μαθεῖν ὅ, τι τὸ τέλος ἐστὶ τοῦ Ὠκεανοῦ, καὶ τίνες οἱ πέραν κατοικοῦντες ἄνθρωποι. τούτου γέ τοι ἕνεκα, πάμπολλα σιτία ἐνεβαλόμην, ἱκανὸν δὲ καὶ ὕδωρ ἐνεθέμην, πεντήκοντα δὲ τοῖς ἡλικιώταις προσεποιησάμην, καὶ αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἔχοντας. ἔτι δὲ καὶ ὅπλων πολύ τι πλῆθος παρεσκευασάμην, καὶ κυβερνήτην τὸν ἄριστον μισθῷ μεγάλῳ πεισας, παρέλαβον, καὶ τὴν ναῦν, (ᵇ ἄκατος δὲ ἦν) ὡς πρὸς μέγαν καὶ βίαιον πλοῦν ἐκρατυνάμην.

Ἡμέ-

ᵇ Ἄκατος] Ἀκάτας *Fl.* Nil mut. *J. H. P.* & P.

Ibid. Τοὺς Φαίακας] Alcinoo Corcyrae regi, & ejus populis Phaeacibus. Ulysses Laestrygonas Cyclopas & alia monstra a se conficta narrabat, & iis omnia vera esse persuadebat: unde *Juvenal.*

Tam vacui capitis populum Phaeaca putavit. G.C.

53. Καινοδοξίας] Emend. *Vorstii* & Ed. *S.* in reliquis enim καινοδοξίας legitur. *M. du S.*

57. Ἐκπόθειν] Utinam potius nobis reliquisset Lucianus historiam aut suorum temporum, aut certe suam. *M. V. la Croze.*

Ἐκπόθειν] Et *facere* & *pati* simul comprehendit hoc verbum. Vid. *Herodian.* I. 17. 22. Adde Nostrum T. I. *Prometh.* fin. p. 36. ubi τί ἂν πάθοιμι; *quid faciam?* vertit *Hemsterh.* cetera ad *Gatakerum* remittens. *J. F. R.*

62. Γράφω] Vid. *Reines.* ep. 25. ad *Casp. Hoffmannum* p. 99. v. *Arabonem* L. XI. de Massagetis p. m. 487. *M. V. la Croze.*

64. Μὴ δὲ ὅλως ὄντων] Simile fere quod apud *Plut.* de Homeri cum Hesiodo certamine traditur 267. A.

Μοῦσά μοι ἔννεπε' ἵνεῦθα τὰ μή τ' ἐγένοντο πάροιθεν
Μήτ' ὄπιθεν μετέπειτα.

M. du S.

65. Τὴν ἀρχὴν] *Ab initio* versum est tam in *Paris.* quam in *Benedict.* Recte *Gesnerus*, *omnino*: ac tam saepe in hac locutione male vertenda olim erratum, ut jure *scopulum interpretum* eam vocet *Hemsterh.* ad *Nigr.* §. 26. p. 66. a. Monuere id quoque alii, *Jensius*, *Elsnerus* &c. Sed posterior hoc quoque recte addit, (ad *Euang. Joan.* VIII. 25.) ab recentioribus vicissim saepe peccari, quasi semper *omnino* significet; cum tamen & interdum sit vertendum, *a principio*, ut suo loco indicabo. *J. F. R.*

69. Ὑρίῳ] Non contemnenda *Aldina* lectio ὑρῷ, quam cur deseruerint, qui sequi alias presso pede solent, non video. Certe Euro opus esse de Herculeo freto Oceanum intrantibus, constat. Sequitur mox ὑρίῳ ἀνέμῳ, unde huc adsumtum videri potest. *J. M. G.*

Ὑρίῳ] *Aldina* prima hoc aeque habet ac reliquae. Hinc ὑρῷ quod Cl. *Gesn.* ait *Aldinam* esse lectionem, forsan erit ex *Ald.* 2. Quod reciperem, si & prima haberet. Sed potest recipi altero loco, ubi duo Codd. ὑρῷ habent. Non tamen movi vulgatam, quia non magni interest. *J. F. R.*

82. Ἄκατος] Praedonum etiam esse Acatia sive Acatos, *Scheffero* e Strabone docebit volentes. *J. M. G.*

Ἡμέραν μὲν οὖν καὶ νύκτα [a] οὐρίῳ ἀνέμῳ πλέοντες, ἔτι τῆς γῆς ὑποφαινομένης, ἐπὶ σφόδρα [b] βιαίως ἀνηγόμεθα· τῇ ὑστεραίᾳ δὲ ἅμα ἡλίῳ ἀνισχοντι, ὅ, τε ἄνεμος [c] ἐπεδίδου, καὶ τὸ κῦμα ἠυξάνετο, καὶ ζόφος [d] ἐπεγίγνετο, καὶ οὐκ ἔτ' οὐδὲ στῆλαι τινὲς ὀφθῆναι δυνατὸν ἦν. ὑπιτρέψαντες οὖν τῷ πνεύματι, καὶ φερόμενοι [e] αὐτοὺς, ἐχειμάζόμεθα ἡμέρας ἐννέα, καὶ ἑβδομήκοντα, τῇ ὀγδοηκοστῇ δὲ, ἄφνω ἐκλάμψαντος ἡλίου, [f] καθορῶμεν ὄρος πόρρω νῆσον ὑλήεν, καὶ δασεῖαν, ὑπὸ τραχεῖ θεινομένην τῷ [g] κύματι· καὶ γὰρ ἤδη τὸ πολὺ τῆς ζάλης καλεπαύετο. προσχόντες οὖν, καὶ ἀποβάντες, ὡς ἀπὸ μακρᾶς ταλαιπωρίας πολὺν μὲν ὅτι τῆς γῆς χρόνον ἐκείμεθα. ἀναστάντες δὲ ὅμως, ἀπεκρίναμεν ἡμῶν [h] αὐτῶν τριάκοντα μὲν φύλακας τοῦ πλοίου καταμεῖναι, εἴκοσι δὲ σὺν ἐμοὶ [i] ἀπελθεῖν ὅπη καλασκοπῇ τὴν ἐν τῇ νήσῳ.

Προελθόντες δὲ ὅσον σταδίους τρεῖς ἀπὸ τῆς θαλάττης διὰ ὕλης, ὁρῶμέν τινα στήλην

6. Igitur diem quidem unum ac noctem ſecundo vento navigantes, adhuc apparente aliquantum tellure, non admodum violenter provecti ſumus. Aſt poſtridie ejus diei, cum ſole oriente, & ventus increbuit, & fluctus auctus eſt, & caligo ingruit, & neque velum jam contrahi potuit. Vento igitur cum conceſſiſſemus, nosque tradidiſſemus, tempeſtate undeoctoginta dies jactati ſumus: octogeſimo vero ſubito cum ſol illuceſceret, videmus non procul inſulam eminentem atque ſilveſtrem, non aſpero fluctu circumſonantem. Etenim major tempeſtatis pars reſederat. Appulſi igitur & egreſſi, ut a longa aerumna, longo quidem tempore humi jacuimus. Sed ſurgentes tamen, delegimus e nobis ipſis triginta, qui cuſtodes navis manerent, viginti autem, qui mecum interiora, ad exlorandum inſulae ſtatum, peterent.

7. Progreſſi vero per ſilvam ſtadia circiter a mari tria, videmus columnam ex aere fa-

a Οὐρίῳ] Sic *Fl. J. H. Ald.* P. Εὔρῳ P. & L. b Βιαίως] Βιαίῳ *J.* male. c Ἐπεδίδου] Sic recte Edd. praeter *J.* quae ἐπιγίνετο. d Ἐπεγίγνετο] Ἐπιγόετο Mſ. Gr. Ἐπιγίγνετο Edd. male. e Αὐτοὺς] Αὐτοὺς Edd. f Καθορῶμεν] Hinc usque ad διατῶν nihil a vulg. abire Coll. *H.* & *Fl.* notat *M. du S.* g Κύματι] *Conſt.* in Lex. πνεύματι, male. Nihil mutant Edd. h Αὐτῶν] Sic legere omnes Edd. notat *M. du S.* i Ἀπελθεῖν] Ex Cod. P. Ἐπανελθεῖν Edd. omnes.

93. Καθορῶμεν . . νῆσον] Τὰ μὲν πρὸς ῥαστώνην ἐσκεμμένα τούτοις εἴτε ἐγρηγορόσιν ἐνθύμια, εἴτε ἐν καθεύδουσιν ἐνύπνια, πάνυ μακαρίων οἱ παλαιοὶ κατεφήμισαν. ταυτὶ δὲ τἀναντία (leg. τὰ νῦν τί) καλέσομεν, Λουκιανὸν, πολλὰ ἐν μακρᾷ ἐπιχόμενα ταλαιπωρίᾳ καὶ ψυχῆς ἄσης; ἢ λοιπὸν δίκαιον καλῶν αὐτὰ νῦν πανδεσμοσίων. *G.*

83. Οὐρίῳ] P. L. οὔρῳ, quod eodem redit, adeoque vulgatam ſervavimus. *M. du S.*

86. Ἐπεδίδου] Vis verbi ex oppoſito ὑπεδύετο magis elucet; vid. utrumque paucis expoſitum ſupra T. I. *Hermot.* c. 24. *J. F. R.*

88. Ἐπιγόνετο] In verae hiſtoriae libro primo leve eſt mendum, quod ex Mſ. tolles, καὶ κῦμα ἠυξάνετο, καὶ ζόφος ἐπιγόνετο. & *fluctus intumuit, & caligo orta eſt.* vulgo ἐπιγίγνετο. *J. G. G.*

Ἐπιγόνετο] Secuti ſumus Mſ. Gr. cum leviuſcula, ut vides, mutatione. Ed. *Junt.* cum aliis hic errat; ſed ſupra pro ἐπεδίδου, ἐπιγόνετο habet. *M. du S.*

Ἐπιγόνετο] Tempus imperf. ex Edd. ſaltem ſervavi. *J. F. R.*

90. Αὐτοὺς] Facile obſequor *Solano*, qui ſpiritum Editionum lenem correxit, ac deinceps minus ſolliciatus, ubi neceſſitas exiget, idem faciam: nam quia ſcribae pro arbitrio in his egere, cum antiquiſſimi codices ſpiritus & accentus ignorent, dehinc regulas Grammaticas obſervabimus, parum curantes quid ſcribae ſibi indulſerint in his minutiis. Conf. tamen ſupra a me dicta ad c. 33. *Quom. conſcr. hiſt.* & mox c. 15. Ceterum αὐτοὺς pro ἑαυτοὺς hic valet pro ἡμᾶς, vel ὑμᾶς αὐτοὺς. Exemplum unum dedit Cl. *L. Bos*, etſi aliud agens, ad Act. Apoſt. XXVIII. 16. ex I. Reg. XXVI. 11. ἀπέλθωμεν ὑμεῖς καθ' ἑαυτούς. Reliqua enim, quae ibid. adfert ad demonſtrandum, καθ' ἑαυτὸν ſignificare *per ſe*, *ſeparatim*, *ſeorſum*, huc non pertinent, quia tertiae perſonae verbi junguntur; in hoc autem primae etiam aeque ac in Luciano adjunctum eſt. Adde T. I. Catapl. §. 9. verſ. 12. καὶ μοῦνοι ἑαυτῷ πεμμύσιγλοι ἀναστῶσαι, ἐπιγράψω. ubi ἑαυτῷ etiam

factum Graecis inſcriptam literis, obſcuris autem & exeſis, in hanc ſententiam: *Huc usque Hercules & Bacchus pervenere.* Erant autem veſtigia duo prope in petra, alterum jugeri magnitudine, alterum vero minus. Ut mihi videbatur, Bacchi erat minus illud, alterum vero Herculis. Adoratis igitur *Diis*, progredimur. Nondum autem multum progreſſi eramus, cum adſtamus fluvio, qui ſimillimus omnino eſſet vinum fluenti, maxime quale Chium eſt. Flumen erat copioſum & multum, ut quibusdam locis etiam poſſet navigari. Subiit ergo tanto magis credere inſcriptioni columnae, cum ſigna praeſentiae Bacchi videremus. Cum autem mihi placeret diſcere, unde oriretur fluvius, adverſo itinere juxta profluentem perrexi. Ac fontem quidem illius nullum reperi, ſed multas & magnas vites, uvarum plenas. Ad radicem vero uniuscujusque guttatim fluebat vinum liquidum, unde colligebatur fluvius. Erat autem piſces quoque in eo videre multos,

χαλκῇ πεποιημένην, Ἑλληνικοῖς γράμμασι καταγεγραμμένην, ἀμυδροῖς δὲ, καὶ ἐκτετριμμένοις, λέγουσαν· Ἄχρι τούτων [k] Ἡρακλῆς καὶ Διόνυσος ἀφίκοντο. Ἦν δὲ καὶ ἴχνη δύο πλησίον ὄντα πέτρας, τὸ μὲν, πλείονος, τὸ δ' ἔλαττον, ἐμοὶ δοκεῖν· τὸ μὲν, τοῦ Διονύσου τὸ μικρότερον, θάτερον δὲ, Ἡρακλέους. Προσκυνήσαντες οὖν, [l] προήειμεν. ὑπτα δὲ πολὺ [m] παρήειμεν, καὶ ἐφιστάμεθα ποταμῷ οἴνου ῥέοντι ὁμοιοτάτῳ μάλιστα οἵῳ ὁ Χιὸς ἔστιν. ἄφθονον δὲ ἦν ῥεῦμα, καὶ πολὺ, ὥστε ἐνιαχοῦ καὶ ναυσίπορον εἶναι δύνασθαι. ἐπίστευον οὖν ἡμῖν πολὺ μᾶλλον πιστεύειν τῷ ὅτι τῆς στήλης ἐπιγράμμασι, ὁρῶσι τὰ σημεῖα τῆς Διονύσου ἐπιδημίας. δόξαν δέ μοι καὶ ὅθεν ἄρχεται ὁ ποταμὸς καταμαθεῖν, ἀνήειν κατὰ τὸ ῥεῦμα· καὶ πηγὴν μὲν εὐδαιμίαν εὗρον αὐτοῦ, πολλὰς δὲ καὶ μεγάλας ἀμπέλους, πλήρεις βοτρύων, κατὰ δὲ τὴν ῥίζαν ἑκάστης, ἀνέῤῥει ταχὺ οἶνος ἀθρόος, ἀφ' οὗ ἐγίνετο ὁ ποταμός. Ἦν δὲ καὶ ἰχθῦς ἐν αὐτῷ πολλοὺς ἰδεῖν, οἴνῳ μάλιστα καὶ τὴν χροιὰν

k Ἡρακλῆς] Ἡρακλεῖς *J.* ſola male. l Προήειμεν] Sic recte Edd. & P. Προῆμεν male *Fl.* m Παρήειμεν] Παρῆμεν *Fl.*

etiam pro ἑαυτῷ, licet *Solanus* id mutatum velit. Idem erat in nonnullis Edd. in *de Merc. cond.* §. 30. verſ. 10. Sed quia aliae Edd. & Codd. ibi habebant ἑαυτὸν, hoc recepimus. Licet enim & ibi tolerabile dixeris ἑαυτὸν, tamen non ſemper eodem redit; quum ἑαυτὸν interdum ambigui vitandi gratia praeferendum ſit, ut vid. ad *Herodoti ſive Aëtionis* c. ult. p. 859. T. I. Lucian. *J. F. R.*

99. Αὐτῶν] Legendum videtur αὐτῇ, *ibi*, niſi prorſus malis obliterari. *M. du S.*

2. Ἀναλθῶν] Sic P. rectius quam ἐπαναλθῶν, quod in omnibus impreſſis reperio. *M. du S.*

6. Χαλκῇ] Genitivus materiae, ut Grammatici ajunt, ut mox 2. *Ver. Hiſt.* c. 33. κεράμου πεποιημένην. Sic *Long. Paſt.* III. 109. Πέρας ἐλάφου. *Petron.* e *pelle cervina. Theocr.* Eidyl. 25. (al. 26.) verſ. 206. βάλλεον ἐπτορίης κορίοιο. Sed haec nimis nota. Conf. tamen frutis *G. O. Reitzii* Belg. Graec. p. 322. Vere autem eſt ellipſis praepoſit. λίθῳ, quam Noſter alibi addit, ut in *Aſino*, c. 53. πλίνθῳ ἢ μεγάλῃ λίθῳ χαλκῇ Ἰνδικῆς πεποιημένῃ. Vel potius ellipſ. τῇ ὑλ. Vid. *Jenſ.* Lect. *Luc.* p. 244. *J. F. R.*

15. Οἴνου ῥέοντι] Similia apud *Euſtath.* in Amorib. *J. B.*

Οἴνου ῥέοντι ὁμοιοτάτῳ] Habent omnes, corrupte, haud dubie, neque enim ad fluvium, ſed ad vinum referri debet. Lege itaque aut οἴνῳ, quae ſolita eſt hujus verbi conſtructio, ut Γυμν. c. 25. aut ὁμοιότατον. At ne tum quidem ſublata eſt omnis difficultas. Mihi ultra quam dixi, non liquet. *Cteſiam* autem hic ridet, qui plures hujusmodi fontes in Indicis, teſte Photio, excerptore memorat. Neque ſolus *Cteſias*, cum apud *Strabonem* Calanus ipſe fontes olim lacte, vino & melle fluxiſſe dicat in Oniſicriti hiſtoria XV. p. m. 489. A. *M. du S.*

Οἴνου ῥέοντι] Infra Γυμν. c. 25. ἰδρῶτί τε τοῦ πολλῷ ῥέοντι, & alibi cum dativo ap. Noſtrum alioſque, ut *Homer.* Odyſſ. Ε. 70. Κρήνας — ῥέον ὕδατι λάβρῳ. quod notius quam ut pluribus adſtruatur. Verum quia & accuſativo jungitur ῥέω, diceres vulgatam οἴνου ῥέοντι ſervandam fuiſſe; nam ſic *Eurip.* Hecub. verſ. 527. — τὸ χρυσῷ λαμπὸν δέπας

Πάγχρυσον, ἔμπλειον χειρὶ παῖς Ἀχιλλέως

Χαίρῃ θανόντι πατρί ——— Sed neque ſic cohaereret cum ſequentibus; quare vitioſam ſcripturam reliqui, ut pro arbitrio corrigi queat. *J. F. R.*

40. Δόξαν δέ μοι] Conf. mox infra hujus narrationis c. 11. *J. F. R.*

χρειὰν ἡ τ̄ γεῦσιν προσοικότας. ἡμεῖς γὰρ ἀγρεύσαντες αὐτῶν τινὰς, καὶ ἐμφαγόντες, ἐμεθύσθημεν ἀμέλει, καὶ ἀνατεμόντες αὐτοὺς, εὑρίσκομεν τρυγὸς μεστούς. ὕστερον μέντοι ὀπτησάντες τοὺς ἄλλους ἰχθῦς, τοὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ὡμιγνύντες, ἐκεράννυμεν τὸ σφοδρὸν τ̄ οἰνοφαγίας.

vino, quantum ad colorem & guſtum, ſimiles. Nos enim captos eorum aliquot cum devoraſſemus, inebriati ſumus: quin & reſectos invenimus faece ac vinaceis plenos. Deinde vero illud commenti ſumus, ut aliis de aqua piſcibus admiſtis temperaremus, quod in vinoſo cibo nimium erat.

Τότε δὲ τ̄ πόλαμὸν περάσαντες, ἢ διαβατὸς ἦν, εὑρομεν ἀμπέλων χρῆμα τερᾶστιον· τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τ̄ γῆς, ὁ τέλεχος αὐτὸς εὐερνὴς ἡ παχύς· τὸ δ' ἄνω, γυναῖκες ἦσαν, ὅσον ἐκ τ̄ λαγόνων, ἅπαντ' ἔχουσαι τέλεια. τοιαύτην παρ' ἡμῖν τ̄ Δάφνην γράφουσιν ἄρτι τῷ Ἀπόλλωνι καλαλαμβάνοντι, ἀποδενδρυμένην. ἀπὸ δὲ τ̄ δακτύλων ἄκρων ἐξεφύοντο αὐταῖς οἱ κλάδοι, καὶ μεσταὶ ἦσαν βοτρύων. ἡ μὲν ἡ τὰς κεφαλὰς ἐκόμων ἕλιξί τε, καὶ φύλλοις, καὶ βότρυσι. προσελθόντας δὲ ἡμᾶς ἠσπάζοντο καὶ ἐδεξιοῦντο, αἱ μὲν [a] Λύδιον, αἱ δὲ Ἰνδικὴν, αἱ πλεῖσται δὲ τ̄ Ἑλλάδα φωνὴν προϊέμεναι. καὶ ἐφίλουν δὲ ἡμᾶς τοῖς στόμασιν· ὁ δὲ φιληθεὶς, αὐτίκα ἐμέθυε, καὶ ἀποφορος ἦν. δρέπειν μέντοι οὐ παρεῖχον τῶν καρπῶν, ἀλλὰ ἤλγουν, καὶ ἐβόων, ἀποσπωμένου· αἱ δὲ καὶ μίγνυσθαι ἡμῖν ἐπεθύμουν. καὶ δύο τινὲς τ̄ ἑταίρων πλησιάσαντες αὐταῖς,

8. Tum trajecto flumine, ubi vadoſum eſt, prodigioſum vitium genus invenimus. Quod enim terrae continens eſt, truncus ipſe viridis & craſſus: ſuperius autem mulieres erant, ab ilibus inde membra omnia perfecta habentes: talem apud nos Daphnen pingunt, Apolline jam jam comprehendente in arborem mutatam. Summis autem digitis enaſcebantur illis palmites pleni uvarum. Verum capita etiam pro coma claviculas habebant, & folia & uvas. Caeterum accedentes nos ſalutabant & prenſabant, vocem partim Lydiam, partim Indicam, Graecam vero pleraeque emittentes. Sed nos etiam oſculabantur: at is quem oſculo contigiſſent, inebriatus ſtatim incerto veſtigio oberrabat. Vindemiare tamen de fructu ſuo non praebebant, ſed prae dolore exclamabant eo detracto. Quaedam etiam miſeeri nobis cupiebant: ac duo quidam

a Λύδιον] Nihil a vulgata abire *J. Fl. H.* & *B2.* notat *M. du S.*

53. Καὶ δύο τινὲς] Εἰς Ὅμηρον ἀποσκώπτει ἀφ' ὧν τοὺς λωτοφάγους Ὀδυσσέως ἑταίρους * τοιαῦτα μυθοποιήσαντος. *P.*

* Τοιαῦτα] Ita correxit idem ex eodem fonte, τοιοῦτο enim vulgatum erat, addiditque conferendum *Homer.* Od. I. 94.

40. Τοιαύτην παρ' ἡμῖν τὴν Δάφνην γράφουσι] Interpretes *talem apud nos Daphnen deſcribunt.* Immo non magis Daphnen, quam Phaëthontiadas, quam Myrrham, aliasque in idem immutatas: neque hic quidquam deſcriptiones poëtarum aut fabulantium. Verti debuit, *talem apud nos depingunt Daphnen*, &c. *J. G.*

58. Ὅσον ἑδέατο] Sic *Herodian.* I. 13. 6. ἡμῶν δὲ (αὐτῶν) ἰσόρροπον ὅσον ἑδέατο. Confer, ſi lubet, T. I. *de Merced. Cond.* c. 31. f. ubi eadem phraſis occurrens obiter explicatur. Sic ὅσον ὅσον *Borgi.* ad Alciphr. I. 10. *J. F. B.*

63. Συμπλοκὴν καὶ] Haec deſunt in Cod. Florent. *J. B.*

65. Οἰνισάμενοι]. Minus etiam quam in aliis adſequemur in hiſce libris Luciani ſuavitatem: quod mollis & in partes omnes ſequax lingua liberrimam illi fingendi voces poteſtatem tribuit, quam Romana refugit modeſtia. Quis enim ferat nos, ſi hic preſſe ſecuti verba Graeca poneremus, *aquati ſimul & ex fluvio vinati?* Atqui a *ligno lignari* eſt, quidni *vinari* a *vino?* Nempe Grajis praeter ingenium etiam dedit ore rotundo Muſa loqui: nos Muſas colimus ſeveriores.

dam ſociorum congreſſi illis, diſſolvi non amplius potuere devincti genitalibus. Coaluerunt nempe illis, & ipſis radicibus permiſti ſunt: jamque palmites qui modo digiti fuerant, & claviculis implexi, jamjam fructum & ipſi laturi videbantur.

55 οὐκ ἔτ' ἀπελύοντο, ἀλλ' ἐκ τῶ αἰδοίων ἐδέδεντο· συνεφύοντο γὰ, καὶ συνερρίζωντο. ἡ ἤδη αὐτοῖς κλάδοι ἦσαν οἱ δάκτυλοι, καὶ ταῖς ἕλιξι περιπλεκόμενοι, ὅσον οὐδέπω καὶ αὐτοὶ καρποφορήσειν ἔμελλον.

9. Nos autem relictis illis ad navim fugere, & his qui remanſerant, narrare tum reliqua, tum illam ſociorum complexionem & commiſtionem cum vitibus. Tum ſumtis aliquot amphoris aquati cum eſſemus, vinumque petiiſſemus de fluvio, atque in ipſa illa vicinia pernoctaſſemus; mane vento non nimis vehementi ſolvimus. Circa meridiem, cum jam diſparuiſſet inſula, ſubito ingruens turbo circumactam vertigine navim ad tria millia ſtadiorum ſuſtulit, nec demiſit iterum in mare, ſed ſupra in aëre ſuſpenſam ventus in vela irruens, eaque ſinuans, abſtulit.

60 Καταλιπόντες δ' αὐτὺς, ὅτι ναῦν ἐφεύγομεν, καὶ τοῖς ἀπολειφθεῖσι διηγούμεθα ἐλθόντες, τά τε ἄλλα, καὶ τὴν τῶν ἑταίρων τ[11] [b] συμπλοκὴν, καὶ τ[11] ἀμπελομιξίαν. καὶ λαβόντες ἀμφορέας τινὰς, καὶ ὑδρευτάμενοί τε ἅμα, καὶ ἐκ τῦ ποταμῦ οἰνισάμενοι, καὶ αὐτῦ πλησίον αὐλισάμενοι, ἔωθεν ἀνηχθημεν ἐ σφόδρα βιαίῳ πνεύματι. περὶ μεσημβρίαν δὲ, οὐκ ἔτι τ[11] νῆσον φαινομένης, ἄφνω τυφὼν ὑπιγενόμενος, καὶ περιδινήσας τὴν ναῦν, καὶ μετεωρίσας, [c] οἷον ὑπὲρ σταδίους τρισχιλίους, οὐκ ἔτι καθῆκεν εἰς τὸ πέλαγος, ἀλλ' ἄνω μετέωρον ἐξηρτημένην ἄνεμος ἐμπεσὼν τοῖς ἱστίοις, ἔφερε κολπώσας τ[11] ὀθόνην.

10. Septem dies & noctes totidem per aëra vecti, octavo terram videmus magnam in aëre, inſulae inſtar, ſplendidam, globoſam, & multa luce illuſtratam. Delati ad illam atque appulſi exſcendimus, exploratoque regione habitari eam colique invenimus. Ac interdiu quidem nihil inde

Ἑπτὰ δὲ ἡμέρας, καὶ τὰς ἴσας νύκτας ἀεροδρομήσαντες, ὀγδόῃ καθορῶμεν γῆν τινα μεγάλην ἐν τῷ ἀέρι, καθάπερ νῆσον λαμπρὰν, καὶ σφαιροειδῆ, καὶ φωτὶ μεγάλῳ καταλαμπομένην· προσενεχθέντες δὲ αὐτῇ, καὶ ὁρμισάμενοι, ἀπέβημεν. διαπορεῦντες δὲ τ[11] χώραν, εὑρίσκομεν οἰκουμένην τε, καὶ γεωργουμένην· ἡμέρας μὲν ἓν, ὡδὲν αὐτόθεν κα-

θεω-

b Συμπλοκὴν] Deeſt in *Fl.* Adeſt in cett. & P. c Οἷον] Quidam ὅσον. *Bourd.* Οἷον *J. H. P. Ald. Fl. Fr. S.*

70. Σταδ. τριχ.] Ἦσαν σταδίους τριακοσίους τριχιλίους. G. (Referebatur in *Coll.* G. ad vocem ἐπιφύσεων, quam nullibi reperio. Nec quid ſibi voluerit, aſſequor. † *M. du S.*)

† Forſan Lucianum pro more deridens Scholiaſtes, ironice addit: *immo trecenties tria millia fuere*; ſive, *cur non potius trecenties plura, Luciane, fingis fuiſſe ſtadia? diſtantia enim Lunae ab terra longe major eſt, quam tu eam ponis.* Patet autem corrupta eſſe verba, neque credo Scholiaſten lunae diſtantiam ab terra tantam ſciviſſe, quanta hodie ab aſtronomis eſſ detecta, quippe quae in apogaeo 60. ſemidiametrorum terrae ſtatuitur, id eſt milliar. 25800. Si toti terrae diametro 860. tribueris, quot *Sturmius* in Scienda Coſmica p. 20. f. ponit. *J. F. R.*

res. Simili de cauſſa *Hippogypos*, *Hippomyrmeces*, & id genus compoſita, ſemel quidem in parentheſi interpretamur *equivulsures*, & *equiformicas*: caeterum ut propriorum formam retineant, & illam peregrinitatis commendationem, Graecis ordinarie utimur. *J. M. G.*

70. Οἷον] Quidam legendum putant ὅσον. *J. B.* Οἷον] Non deſignat *Solan.* quinam Codices ὅσον habeant, alioqui deliberaſſem, anne praeſtaret id recipi. Ita enim ſolet Noſter ὅσον, non οἷον numeris addere, ut infra c. 30. ὅσον σταδίων χιλίων, ac tam ſaepe alibi, ut vix opus ſit plura addere, quod nec ex aliis proferri opus eſt, niſi ex ſolo *Long. Paſt.* L. 2. p. 70. Ed. *Jungerm.* ὅσον δύο σταδίους, & L. 3. pr. σταδίους ὅσον ἑκατόν. *J. F. R.*

θεωρῶμεν· νυκτὸς δ' ὀπιγενομένης, ἐφαίνοντο ἡμῖν ἄλλαι νῆσοι πλησίον, αἱ μὲν μείζους, αἱ δὲ, μικρότεραι, πυρὶ τὴν χρόαν προσεοικυῖαι· καὶ ἄλλη δέ τις γῆ κάτω, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ καὶ πόλεμοὺς ἔχουσα, καὶ πελάγη, καὶ ὕλας, καὶ ὄρη. ταύτην οὖν τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην εἰκάζομεν.

e Δὶ] Illud δὶ inſerui ex marg. *A1*. Deerat enim in Edd. f Οἰηθῇς] Sic reſtituit *Solan.* ex L. Eandem correctionem habet & margo *A1W*. Itaque firmatur conjectura *Fenſii* & *Vorſtii*; Οἰηθεὶς enim Edd. antea male. g Εἰς ἑπτὰ] Ἢ ἑπτὰ *J*. Εἰς recte ceterae. h Ἢ ὀκτὼ] Ita repoſui ex marg. *A1W*. pro vulgato Editionum ἢ ὀκτώ. i Ἀνὰ] Ἄμα L. Nil mutant Edd. vett. k Ἀπὸ] Ἀπὸ *J*. ſola.

tio, quae ſumma rei erat, antecellere ſeſe voluit homo calidiſſimus. Drachmam ergo duobus Amphilochi obolis addidit, additamentum ipſa priore ſumma majus. *M. du S.*

Ibid. Δύ' ὀβολώ.] Vid. ſupra c. 19. δύ' ὀβολοῖν plurali numero dicit; ſed ut poſteriores Graeci duali rarius uſi ſunt. ita antiquiores plurali quoque interdum cum duali promiſcue ſunt uſi. Sic noſter *Somn.* §. 6. Δύο γυναῖκες λαβόμεναι ταῖν χεροῖν. Ubi poſt δύο pluralem habet, ut millies alibi, *manus* vero in duali collocat, quod quidem uſitatius in membris quae natura bina ſunt, ut oculi, aures, manus, pedes, nec tamen perpetuum: mox enim ibid. rurſum ait τὼ δυοῖν ἀμφοτέραιν, at contra paullo ſupra, δύο ὀφθαλμούς. Sic *Homer.* dualem & pluralem conjungit admodum frequenter, ut Il. I. 197. Χαίρετον ἦ φίλα ἄνδρε ἰκάνετον &c. Exempla ex Luciano antiquioribus ſimilia plena manu congeſſit Frater optimus *G. O. Reitzius*, in Belg. Graeciſſ. p. 50—52. Addo, quod rarius, ſi verum eſt, dualem pro plurali in *Homer.* Il. I. verſ. 182. ab Scholiaſte notatum in Edit. *Hervag.* p. 161. Ἔνιοι ait, δὶ λέγουσι συμπαραδάμιναι ἐ Φοίνικα. καὶ ἐδὲ ἴσως τετράφωνον τὸ ΦΟΙ τῷ Ποιητῇ ἀριθμόν. πολλάκις δὶ ἐ ἐπὶ πλείονων αὐτὸν τετάχθαι· ὡς ἐ ἐπὶ τῶ μὴ νόσει ἡ χρυσοχαΐτου ὅσοι θεοὶ εἶσ' ἐν ὀλύμπῳ ἅπαντ' ἴσασι, καὶ ὡς ἐπὶ, τὼ κούρω κριθέντε δύο ἐ πεντήκοντα. Verum eosdem illos graviter errare, qui hoc ἴσασι quod eſt ex Il. A. 567. pro duali accipiunt, cum ſit pro dativo ἴσασι poſitum, recte pluribus demonſtrat Clar. *S. Clarke* ad eum verſum. Interim in altero exemplo non dixerim plane falſam eſſe Scholiaſtae obſervationem, de qua *Clarkius* tacet; etſi rurſus ei adſentior verſum illum Il. I. 182. Τὼ δὶ βάτην ad *Ajacem* & *Ulyſſem* ſolos referenti cum *Schol. Villoiſon.* Nam exemplum illud Scholiaſtae quod ex Odyſſ. Θ. 48. eſt petitum, ubi Κούρω δὶ κριθέντε δύω ἐ πεντήκοντα βάτην. *Juvenes vero electi duo & quinquaginta Ibant*, manifeſtum dualem nominis & verbi habet, numero 52. virorum adjunctum: ita tamen adjunctum, ut divelli, & ad numerum *duo* fine πεντήκοντα ſpectatum, trahi queat: quaſi bimembris eſſet oratio, *illi duo ibant, & quinquaginta*, intellecto altero plurali, *ibant*. Veluti Latinis non infrequens, *illi multa, tu nihil dicebas*, ubi pluralis *dicebant* omittitur; etſi diſcretio ibi major, tamen ad illuſtrationem facit. Nec enim ita indifferenter dual. & plur. permutari poſſe arbitror, ut perinde ſit; nam omnis quidem dualis eſt pluralis, at non inverſe. Si cui autem certius conſtet, dualem nihil aliud eſſe quam antiquam dialectum Atticam, ſeu variantem pluralis numeri terminationem, ut frater modo laudatus cum aliis exiſtimat; velim apertiora teſtimonia producantur; nam & illud *Homeri* Il. Δ. 452. — Χείματρόοι πεταμοὶ, κατ' ὄρεσφι ῥέοντες — συμβάλετον de duobus fluviis recte intelligitur. *J. F. R.*

99. Οἰηθῇς] Οἰηθείης. *F. G.*

Οἰηθῇς] Quaeſtum, quem Alexander Impoſtor reddendis oraculis fecit, exponens Noſter, ait, Ἐτέτακτο δὲ ἐ μισθὸς ἑφ' ἑκάστῳ χρησμῷ, δραχμὴ ἐ δύ' ὀβολώ. μὴ μικρὸν οἰηθεὶς ὦ ἑταῖρε, μηδ' ὀλίγον γενήσεσθαι τὸν πόρον τοῦτον. *Conſtitutum autem erat & pretium pro unoquoque oraculo, drachma cum duobus obolis. Ne parvum iſtud cenſeas, mi ſodalis, pretium, neque quaeſtum hunc fuiſſe exiguum*, &c. quem alium haec verba ſenſum patiantur, non video. Emendandum itaque οἰηθῇς. *J. J.*

Οἰηθῇς] L. In reliquis prave οἰηθεὶς. *M. du S.*

3. Ἀνὰ] L. ἅμα, quod ut non ſpernendum, ita minus elegans exiſtimo. *M. du S.*

28. Ἀπὸ

λεὺς ἤδη [a] περὶ αὐτὸν ἔχων συνεργοὺς, καὶ ὑπηρέτας, καὶ ψευθήνας, καὶ χρησμοποιοὺς, καὶ χρησμοφύλακας, καὶ ὑπογραφέας, καὶ ὑποσφραγιστὰς, καὶ ἐξηγητὰς, ἅπασιν ἔνεμεν ἑκάστῳ τὸ κατ' ἀξίαν.

multos jam circa se haberet administros, & operarios, & exploratores, & scriptores oraculorum pariter ac custodes, & exceptores, & obsignatores, & conjectores, illis omnibus suam cuique partem pro dignitate tribuit.

Ἤδη δέ τινας καὶ ὅπι τ' ἀλλοδαπὴν ἐξέπεμπε, φήμας ἐμποιήσοντας τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τοῦ μαντείου, καὶ διηγησομένους, ὡς προείποι, καὶ ἀνεύροι δραπέτας, καὶ κλέπτας, καὶ λῃστὰς ἐξελέγξοι, καὶ θησαυροὺς ἀνορύξαι φράσοι, καὶ νοσοῦντας ἰάσαιτο, ἐνίους δὲ καὶ ἤδη ἀποθανόντας ἀναστήσειε. δρόμος οὖν καὶ ὠθισμὸς ἀπαύλαχόθεν ἐγίγνετο, καὶ θυσίαι, καὶ ἀναθήματα, καὶ διπλάσια τῷ προφήτῃ καὶ μαθητῇ τοῦ θεοῦ. καὶ γὰρ αὖ καὶ ὅτος ἐξέπεσεν ὁ χρησμὸς,

24. Jam vero in peregrinas etiam regiones quosdam emiserat, qui famam apud gentes excitarent de oraculo, ac narrarent, ut praedicat, & inveniat fugitivos, ac fures & latrones convincat, & effodiendos thesauros praebeat, sanetque aegrotos, ut aliquot jam mortuos resuscitaverit. Concursus igitur & urgentium se undique turba orta est: Hinc sacrificia, & donaria, & duplex Prophetae discipuloque Dei merces. Nam haec etiam sors exierat:

Τιέμεναι κέλομαι τ' ἐμὸν θεράποντα προφήτην.
Οὐ γάρ μοι κτεάνων μέλεϊ ἄγαν, ἀλλ' ὑποφήτου.

Vatem ornare meum jubeo vos atque ministrum:
Divitias nec enim curo, sed curo Prophetam.

Ἐπεὶ δὲ ἤδη πολλοὶ τ' νῦν ἐχόντων, ὥσπερ καὶ ἐκ μέθης βαθείας [b] ἀναφέροντες, συνίσταντο ἐπ' αὐτὸν, καὶ μάλιθ' ὅσοι Ἐπικούρου ἑταῖροι ἦσαν, καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν ἐπεφώραντο ἠρέμα καὶ κατὰ μαγγανεία, καὶ συσκευὴ τοῦ δράματος, ἐκφέρει φοβητρόν τι ἐπ' αὐτοὺς, λέγων, ἀθέων ἐμπεπλῆσθαι καὶ Χριστιανῶν τ' Πόντον, οἳ περὶ αὐτοῦ τολμῶσι τὰ κάκιστα

25. Cum multi jam prudentes viri, quasi ex profunda se ebrietate recipientes, contra ipsum consisterent, in primis quotquot Epicuri sodales essent, & in urbibus deprehensae paullatim essent omnes illius praestigiae, ac totus fabulae apparatus, terriculamentum quoddam contra illos expedit, dicens Atheis plenum esse & Christianis Pontum, qui audeant pessima de se maledicta spar-

a Περὶ αὐτὸν] Sic cum *J.* etiam habere *Fl.* notat *M. du S.* Sed habent & aliae, ut *H. Ald.* &c. Et περὶ rectum est, licet ὡς forte quaesiverit; vel potius αὐτὸν maluerit, quod non improbavi. b Ἀναφέροντες] Ἀναιφέροντες corrigit *Solanus*, vid. nott.

28. Ἀναιφοῦσιν] Servari poterat vulgata ἀναφέροντες. V. *Suid* in ἀνίφων; sed si codicum copia suppeteret, non dubito, quin ἀναιφοῦσιν scriptum sit in optimis; ut Ἔνυπ. c. 7. Ἐρμ. c. 84. qui posterior locus huic per omnia similis. Adde Ὀρχ. c. 84. *M. du S.*

Ἀναιφοῦσιν] Nihil hic sine Codicum auctoritate muto; etsi ἀναιφοῦσιν aptissimum foret, quod *Solanus* in textum recipere cogitarat, sine auctoritate. Nam praeter *Suid.* etiam me monet locus *Long. Past.* III. p. 124. Εἶτα ἀνενέγκαν ἑαυτῷ. *Dein se colligens animum recipiebat.* Recte enim & ebrii *ad se redire* dicuntur postquam crapulam edormiere; & iidem dicuntur *absentes*, ut est in proverbio: *absentem laedit, qui cum ebrio litigat.* Ideoque vulgatam studiose potius conservandam quam corrigendam arbitror, eamque pluribus testimoniis firmarem, si per festinantes operas liceret. *J. F. R.*

33. Χριστιανῶν] Notandus probe hic locus, non ideo tantum quod creviisse jam numerum Christianorum in his oris hinc patet; sed ideo potissimum, ut ex ore ipso adversariorum pateat, dedisse operam Christianos gnaviter, ne sibi aliisve imponi per praestigiatores paterentur, quod ideo observandum imprimis est, quia faciles alioquin & simplices homines plerumque & erant & habebantur. *M. du S.*

39. Μολυβδίνας] In omnibus legitur μολυβδαίνας, quod

spargere, quos lapidibus jussit abigi, si propitium habere vellent Deum. De Epicuro tale reddidit oraculum. Interrogante quodam, *Quid agat apud inferos Epicurus?* *Plumbeis*, inquit, *pedicis vinctus desidet in coeno.* Deinde miraris, si ad magnam *gloriam* elatum est oraculum, cum videas interrogationes accedentium prudentes *adeo* atque eruditas? Universim implacabile ipsi & infinitum bellum erat contra Epicurum. nec profecto injuria. Contra quem enim justius pugnaret homo praestigiator, & portentosarum fraudum amans, veritatis autem inimicissimus, quam contra Epicurum, hominem, qui naturam rerum perspexisset, solusque verum in illis vidisset? Nam Platonici, Stoici, Pythagorei amici, profunda cum illis pax. Sed Epicurus ille molliri nescius; sic enim ipsum appellabat, inimicissimus, qui juste omnia ista pro risu & ludibrio sibi haberet. Propter ea etiam Amastrin oderat maxime urbium Ponticarum, quod sciebat, Lepidum, & alios illi similes plures, in ea urbe esse: nec unquam Amastriano cuiquam oraculum reddidit. Cum vero ausus etiam esset fratri Senatorii viri respondere, ridicule discessit, cum nec ipse posset responsum fingere cal-

ἅπαντα βλασφημεῖν, ὃς ἐκέλευε λίθοις ἐλαύνειν, εἴγε ἐθέλουσιν ἵλεω ἔχειν τὸ θεόν. τί δὲ Ἐπικούρῳ, τοιοῦτόν τινα χρησμὸν ἀπεφθέγξατο. ἐρομένῳ γάρ τινος τί πράττει ἐν ᾅδου ὁ Ἐπίκουρος; [c] μολυβδαίνας, ἔφη, ἔχων πέδας, ἐν βορβόρῳ κάθηται. εἶτα θαυμάζεις εἰ ἔπι μέγα ἦρθη τὸ χρηστήριον, ὁρῶν τὰς ἐρωτήσεις τῶν προσιόντων συνετὰς, καὶ πεπαιδευμένας; ὅλως δὲ, ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος αὐτῷ ὁ πόλεμος πρὸς Ἐπίκουρον ἦν, μάλα εἰκότως. τίνι γὰρ ἄλλῳ δικαιότερον προσεπολέμει γόης ἄνθρωπος, καὶ τερατείᾳ φίλος, ἀληθείᾳ δὲ ἔχθιστος, ἢ Ἐπικούρῳ, ἀνδρὶ τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων καθεωρακότι, καὶ μόνῳ τῶν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν εἰδότι; οἱ μὲν γὰρ ἀμφὶ τὸν Πλάτωνα, καὶ Χρύσιππον, καὶ Πυθαγόραν φίλοι, καὶ εἰρήνη βαθεῖα πρὸς ἐκείνους ἦν. ὁ δὲ ἀτεγκτος Ἐπίκουρος (οὕτω γὰρ αὐτὸν ὠνόμαζεν) ἔχθιστος, δικαίως πάντα ταῦτα ἐν γέλωτι καὶ παιδιᾷ τιθέμενος. διὸ καὶ τὴν Ἀμαστριν ἐμίσει μάλιστα τῶν Πολιτικῶν πόλεων, ὅτι ἠπίστατο, τοὺς περὶ Λέπιδον καὶ ἄλλους ὁμοίους αὐτοῖς, πολλοὺς ἐνόντας ἐν τῇ πόλει· οὐδὲ ἐχρησμώδησε ποτὲ τοῖς Ἀμαστριανῷ ἀνδρί. ὁπότε δὲ καὶ ἐτόλμησεν ἀδελφῷ συγκλητικῷ χρησμῳδῆσαι, [d] καταγελάστως ἀπήλλαξεν, οὐχ εὑρὼν ὅτ' αὐτὸς πλάσασθαι χρησμὸν δεξιὸν, ὅτε

[c] Μολυβδαίνας] Μολυβδίνας vult *M. du S.* & marg. *A. W.* Μολυβδαίνας Edd. *Parisina* etiam majore litera, quasi nomen proprium esset. [d] Καταγελάστως] Καταγέλαστος P. Nil mut. Edd. vett.

52. Ἄτεγκτος] Ὁ μήτε δάκρυσι μήτε ἱκεσίοις ἀνθρώπων (ἵσως διάβροχος) *G.*

quod ferri cum non possit, mutandum censuimus. *M. du S.*

Μολυβδαίνας] Ut hic μολυβδαίνας, ita etiam infra in *Lexiph.* c. 5. eod. modo Edd. habent. Μολυβδίνας legendum notarat *Solanus*, sine auctoritate; utitur quippe *Hom.* Il. Ω. 80. Ἡ δὲ, μολυβδαίνῃ ἐοικὼς ἐς βυσσὸν ἔρυσεν. Quod Scholiast. interpretatur μολυβδίνῃ, ἐρμιᾷ. At substantive ponitur apud *Homerum*. Revera tamen adjectivum esse, patet ex aliis significationibus, ut cum pro plumbeis vasis sive ollis usurpatur, quod *ex Athen.* docet *Stephanus*. Et an non adjective usurpat noster infra, l. c? Quidquid sit, etsi μολυβδίνας hic usitatius esset, ego nihil mutare ausim. *J. F. R.*

49. Καὶ μόνῳ τῶν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν εἰδότι] Petronius: *Ipse pater veri, doctus Epicurus in hortis.* Plura testimonia congessi ad *Laërtii* Epicurum. *AE. M.*

52. Ἄτεγκτος] Sic rursus infra utitur *Dial. Meretr.* XII. *M. du S.*

57. Τοὺς περὶ Λέπιδον] Non debuit verti eos, qui cum Lepido erant, sed ut mutavimus, Lepidum ipsum. Nota est Phrasis. Sed quis ille Lepidus? Romanusne magistratus, an Philosophus; aut privatus sed doctus tamen? De eodem c. 43. *M. du S.*

ὅτε τ' παῖσαι πρὸς χυμὸν αὐτῷ δυσηρέστον. μεμφομένῳ γὰρ αὐτῷ τομαίχῃ ὀδύνην, προσάξαι βουλόμενος ὕειον πόδα μαλάχης σκευασμένοι ἐνδεῖν, ὅτως ἔφη,

Μάλβακα χοιρείων ἱερῇ κυμίνευε σιπύδνῳ.

Πολλάκις μὲν, ὡς προεῖπον, ἔδειξε τ' δράκοντα τοῖς δεομένοις, οὐχ ὅλον, ἀλλὰ τ' οὐρὰν μάλιστα· καὶ τὸ ἄλλο σῶμα προβλῆκως, τὴν κεφαλὴν δὲ ὑπὸ κόλπου ἀθέατον φυλάττων. ἐθελήσας δὲ καὶ μείζονας ἐκπλῆξαι τὸ πλῆθος, ὑπέσχετο καὶ λαλοῦντα παρέξειν τ' θεὸν αὐτὸν, ἄνευ προφήτου χρησμῳδοῦντα. εἶτα δὲ χαλεπῶς γε φάνων ἀρτηρίας συνάψας, καὶ ἅμα τ' κεφαλῆς ἐκείνης τ' μεμηχανημένης πρὸς ὁμοιότατα διείρας, ἄλλου τινὸς ἔξωθεν ἐμβοῶντος, ἀπεκρίνετο πρὸς τὰς ἐρωτήσεις τ' φωνῆς ἅμα

lidum, nec inveniret, qui in tempore illud facere sibi posset. Querenti enim illi ventriculi dolores, cum comedendum imperare vellet suillum pedem, cum malva paratum, sic dixit,

Malvaca porcinae sacrato vase cumina.

26. Saepe quidem, ut dixi antea, ostendit draconem rogantibus, non totum, sed caudam maxime & reliquum corpus protendens, caput autem in sinu, ubi videri non posset, occultans. Cum vero magis percellere multitudinem vellet, promisit se loquentem etiam Deum illis praestiturum, oracula reddentem sine vatis excipientis ministerio. Commissis deinde non difficulter gutturum arteriis, & per caput illud, ad similitudinem humani fabricatum, transmissis, alio quodam extra inclamante, ad interrogata respondit, voce per linteum illum

a Μὲν] Μεν ὖν marg. *AIW.* b Κόλπου] Κόλπου marg. *AIW.* c Χρησμῳδοῦντα] Nihil hic, neque bis cap. praeced. in hoc verbo variare Edd. vett. notarat *M. duS.*

67. Μάλβακα] Ῥωμαῖοι μάλβαν τὴν μαλάχην καλοῦσι. *G.*

78. Διείρας] Διείρω, ἐκτείνω. *G.*

67. Μάλβακα] A malva Latino *malva*, μαλβακὸς, μάλβαξ. *AE.M.*

Μάλβακα] Ne quis temere damnet versiculum Latinum, quem licet absurdum, sic satis putamus ob id ipsum respondere Graeco, qui nempe ab ipso auctore ut ridiculus & nullius sensus proponitur. Μάλβαξ forte est ex Latino, *Malvaceus caulis*, ut *pes betaceus* &c. Χοίρεια intellige κρέα, ut σκυλάκεια & id genus alia: κυμινεύειν fictum verbum, cui respondet *cuminare* h. e. cumino adspergere vel condire: σίπυδνον fictum puto ex σιπύη, quae arcam aut vas quodcumque farinae adservandae notat apud Aristophanem. Licuit oraculo in κυμινεύειν alteram corripere; nec nobis vitio vertetur ipsius *malvaca* media correpta retinere. Sequuntur, & jam adfuere, plura id genus oracula, in quibus, si fidem interpretis praestare debemus, non, quid recta ratio postulet, vel poësis, videndum est, sed quid Graecis respondeat. Itaque posuimus interdum versiculos multum deteriores his, quos dederat *Erasmus*, sed melius nos hac quidem parte functos officio putamus. *J.M.G.*

Μάλβακα] *Menagii* notam plane iisdem verbis in *F. Gujeti* Mss. invenio. *J.F.R.*

72. Μειζόνους] Confer supra c. 8. f. *M. duS.*

75. Γεφάνων] Simili artificio callidus Anglus, quem ipsi vidimus, *Thomas Irsonus*, caput ligneum loquax concinnarat, quo, ut ipse narrabat, tota Caroli II. aula, & Rex ipse viso obstupuit. Immurmurabat spectatorum aliquis ori istius capitis hianti verba, quae in buccam venerant, quacumque libitum erat lingua; quo facto mox responsum eadem lingua & ad rem accommodatissimum ex ligneo capite reddebatur. Percrebuerat jam per totam urbem monstri fama. Frequentes ad tantae rei miraculum, data pecunia quisque, advolant. Nec dubium quin brevi de rebus arcanis futurisque tam doctum caput consulendum fuerit (quidni enim lignum loquax & futura & arcana pandere valeat?) Cum subito adolescens ex nobilium famulitio, qui tum spectabant, in proxime adjacens cubiculum irrepens hominem os tubo admoventem, & clamantem conspicit; neque ullis muneribus & promissis deterreri poterat, quin tantum arcanum divulgaret. Innotuit itaque fraus, & patuit sacerdotem pontificium, multarum linguarum hominem capiti oracula, auditis per tubum e conclavi proximo quaestionibus, dictasse, & revera inspirasse. Rem totam *Irsonus* ipse ante aliquot annos viro nobili, me audiente, narrabat. *M. duS.*

76. Ἀρτηρίας] Intellige *asperas arterias*, i. e. guttura, fistulas cartilaginosas respirationi infervientes. Sic enim usitata vox Medicis. Vid. *Foës.* Oecon. Hippocr. voc. Ἀρτηρίη. *J.F.R.*

78. Διείρας] Conf. infra *Toxar.* c. 33. *M. duS.*

84. Ὁ γοῦν Σεληναίῳ ὀθνείῳ ὑπὸ τ' εἰς Ἀρμενίαν ὑπόδου]

lum Aeſculapium accidente. Vocabantur oracula iſta vocalia, nec reddebantur omnibus, neque pro lubitu, ſed veſtitis magnifice, & locupletibus, & magna munera offerentibus.

27. Itaque illud Severiano datum, de ſuo in Armeniam introitu, e vocalium numero ipſum quoque fuit. Adhortans illum ad impreſſionem *faciendam*, ſic dixerat:

Parthosque Armeniosque haſta domiture furenti,
Urbem ad Romanam Tiberisque fluenta rebibis,
Permixta radiis lauro tua tempora vinctus.

Deinde cum perſuadere ſibi paſſus ſtolidus ille Gallus, irruptionem feciſſet, ſed male

ὅτῳ ὀθονίνῳ ἐκείνῳ Ἀσκληπιῷ προσπίπτουσης. ἐκαλεῖτο δὲ οἱ χρησμοὶ οὗτοι αὐτόφωνοι, καὶ οὐ πᾶσιν ἐπίδηλοι, οὐδὲ ἀνέδην, ἀλλὰ τοῖς εὐπαρύφοις, καὶ πλουσίοις, καὶ μεγαλοδώροις.

Ὁ γοῦν [d] Σευηριανῷ δοθεὶς ὑπὲρ τῆς ἐς Ἀρμενίαν εἰσόδου, τῷ αὐτοφώνων καὶ αὐτὸς ἦν. προτρέπων δ' αὐτὸν ὅπλα τε εἰσβαλεῖν, οὕτως ἔφη·

Πάρθους Ἀρμενίους τε θοῷ ἐπὶ δουρὶ δαμάσας,
Νοστήσεις Ῥώμην, καὶ Θύμβριδος ἀγλαὸν ὕδωρ,
Στέμμα φέρων κροτάφοισι μεμιγμένον ἀκτίνεσσιν.

Εἶτ' ἐπειδὴ πεισθεὶς ὁ ἠλίθιος ἐκεῖνος Κελτὸς, εἰσέβαλε, καὶ ἀπήλλαξεν, αὐτῇ γρα-

[d] Σευηριανῷ] Sic jam Edd. *F. Ald. H. P. S.* &c. Cum ante in *Quom. Hiſt.* c. 21. Σεβηριανῷ vel Σεβηριωνῷ haberent.

δῶ] Num de *Severiano* intelligendum illo, qui ab Hadriano nonagenarius cæſus fuit, de quo *Dio* in Hadriano? non puto. Nam ſub Trajano floruit, ante ejus impoſtoris tempora, & hic paulo poſt Gallus, Κελτὸς dicitur, & mortuus eſt, ut videtur, in ea expeditione, ut videtur innuere paucis lineis inferius; ἐπειδὴ πεισθεὶς ὁ ἠλίθιος ἐκεῖνος Κελτὸς ἐσέβαλλε, καὶ ἀπήλλαξεν αὐτῇ σφετέρᾳ ὑπὸ τῶν Ὀθρυάδου καλουμένων. Nam hæc voces, ἀπήλλαξεν, καλουμένων, non mihi videntur aliter poſſe intelligi, quam de ejus clade & morte; hanc autem expeditionem nullus, quod ſciam, antiquorum memoravit, niſi forte aliquid muſſitavit de ea *Capitolinus* in Vero, & *Dio* in Marco, qui, ut puto, de eo negotio pluribus tractaverat, quæ ſuppreſſit *Xiphilinus*, & de hac expeditione intelligenda ſunt hæc *Capitolini* verba de *Vero* Imperatore: *nam cum interfecto legato, caſis legionibus, Syriis defectionem cogitantibus oriens vaſtaretur, ille in Apulia venabatur, & apud Corinthum & Athenas inter ſymphonias & cantica navigabat — duces autem confecerunt Parthicum bellum Statius Priſcus & Avidius Caſſius & Martius Verus* [per] *quadriennium. Ita ut Babylonem & Mediam pervenirent, & Armeniam vindicarent.* Tempus concordat, & Armenia vindicata, eam fuiſſe Romanis ablatam antea innuit. Ex hoc igitur Luciani loco illuſtratur *Capitolinus*, & nomen legati adjiciendum, qui fuit *Severianus Celta*, & nomen ducis Perſarum *Osbryades*, quod tamen Græcum ſonat: & non dubito aliter apud Perſas expreſſum fuiſſe; ſed mos fuit Græcorum omnia barbara nomina ad ſuum ſonum accommodare. *J. P. a G.*

Ὁ γοῦν Σευηριανῷ δοθεὶς ὑπὲρ τῆς ἐς Ἀρμενίαν εἰσόδου] Hæc melius illuſtrantur ex tractatu, quomodo ſcribenda ſit hiſtoria, ubi memorantur *Severianus* & *Priſcus*. *M. V. la Croze.*

Ibid. Σευηριανῷ] Aliter ſcribitur hoc nomen in Συγγρ. c. 21. &c. Sed variationis ratio doctis ſatis nota, quia ſcilicet v. conſonantem literam ignorant Græci, ſæpe per Υ. exprimunt. Sæpius per Β; eandem non raro etiam per diphtongum ευ. Eundem autem virum eſſe, cujus nomen tam varie ſcribitur, res ipſa clamat. Vide tamen, quæ hac de re vir eruditiſſimus *Palmerius* affert. Sed in ea nota nolim a tanto viro maculam inuſtam *Xiphilino*, quaſi quæ apud *Dionem* legerat, data opera ſuppreſſiſſet: ſic enim ipſe ſui vindex *Xiphilinus* in Antonino Pio, ἃ φάσκει δὲ ὁ Δίων περὶ Ἀντωνίου ἐρῶντος Μάρκου Βίβλου, τὰ πρῶτα τῶν ἐφεσμένων ὑπὸ τοῦ Λούκιον τὸν τοῦ Κομμόδου υἱὸν, ὃν ὁ Μάρκος γάμβρον ἐποιήσατο, ἐπραξεν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ὅσα ὕστερος ἐς τὸν κατὰ Οὐολογαίσου πόλεμον ὑπὸ τοῦ πυθμένος παμφύλοις ἔδρασε. Quem locum eo libentius hic deſcriptum voluimus, ne ſocordiæ noſtræ imputetur, ſi in multis, quæ Luciani tempora ſpectant, & res in iis geſtas, obſcuri aliquid inveniatur. Noſtrum enim divinare non eſt, ubi ſileat hiſtoriæ. Obſervandum autem hinc imprimis eſt, initio jam imperii *M. Aurelii* clarum fuiſſe Alexandrum, cujus oraculum tanta de re conſuleretur. Paullo poſt tamen innuere videtur, nondum tunc Romæ inclaruiſſe oraculum c. 30. *M. du S.*

93. Ἀκτίνεσσιν] Conſulendi hac de re curioſi noſtræ ætatis nummorum ſcrutatores. Nec audiendi tamen qui aſſerunt divinitatis ſignum eſſe coronam radiatam, Id enim non ubique ſaltem obtinuiſſe, vel hic locus

[a] στρατιᾶ ὑπὸ τῦ Ὀθρυάδε καλλικοπεὶς, τῦτον μὶ τ χρησμὸν ἐξαιρεῖ ἐκ τ ὑπομνημάτων, ἐντίθησι δ' ἄλλον ἀντ' αὐτῦ·

Μὴ σύγ' ἐπ' Ἀρμενίυς ἐλάαν στρατὸν, ἐ γὰ ἄμεινον,
Μή σοι θηλυχίτωλ τις ἀνὴς τόξυ ἄπο λυγρὸν
Πότμον ὀπιπροϊεὶς, σαύσῃ βιότοιο φάος τε.

Καὶ γὰ αὖ ἡ τῦτο σοφώταλον ἐπενόησε, τὺς μελαχρονίυς χρησμὺς ὅτι θεραπεία τ κακῶς προλεθεσπισμθέων, ἡ ἀποτελευγμένων. πολλάκις γὰ τοῖς μὶ νοσῦσι, πρὸ τ τελευτῆς, ὑγίειαν ἐπηγγέλλετο, ἀποθανόντων δὲ, χρησμὸς ἄλλος ἕτοιμος ἦν παλινῳδῶν,

Μηκέτι δίζηαλ νόσοιο λυγρῆς ἐπαρωγήν·
Πότμ@ γὰρ προφανὴς, οὐδ' ἐκφυγέειν δυνατόν σοι.

Εἰδὼς δὲ τὺς ἐν Κλάρῳ, ἡ Διδύμοις, ἡ [b] Μαλλῷ, ἡ αὐτὺς εὐδοκιμῆνταλ ὅτι τῇ ὁμοίᾳ μαλλικῇ ταύτῃ, φίλυς αὐτὺς ἐποιεῖ-

ei (nam cum exercitu ſuo ab Othryade caeſus eſt) expeditio ceſſiſſet: hoc oraculum exemit e commentariis, poſuitque pro eo aliud:

Ducere in Armenios noli: nec enim bene cedet.
Ne tibi femineq vir amictu triſte per arcum
Immittens fatum perimat cum lumine vitam.

28. Nam illud quoque callidum fuit viri commentum, oracula poſt eventum facta, quibus emendarentur ea, quae male praedicta aberraverant. Saepe enim aegrotantibus ante mortem ſanitatem promiſerat: mortuis autem illis oraculum praeſto aliud fuit, quo prius retractaretur,

Auxilium triſti modo deſine quaerere morbo;
Nam fatum apparet, tibi nec vitare licebit.

29. Caeterum quod ſciret etiam Clarios, ac Didymaeos & Mallenſes celebrari ſimili vaticinandi arte, eos ſibi conciliavit, multis

[a] Στρατιᾷ] Ex correctione *Solani.* στρατίᾳ Edd. priores. [b] Μαλλῷ] Δίλῳ P. & marg. *AIW.* male.

ſolus evincet. *M. du S.*

96. Στρατιᾷ] Antea in omnibus legebatur στρατίᾳ corrupte, niſi quod *F.* στρατιᾷ habet. *M. du S.*

Ibid. Ὀθρυάδου] Idem eſt qui in Συγγρ. c. 18. 19. 21. & 31. Oſroës dicitur, quod a viro docto miror non eſſe animadverſum. Neque enim tantum virum morata eſſet nominum diverſitas, cum vel ii norint, qui hiſtorias Graecorum tantillum delibarunt, ſaepe ſic variis modis nomina barbara Graeco habitu veſtiri, & ipſe hoc ipſo *in loco* obſervet. Osroës certe illic is dicitur, qui Severianum fudit, & in praelio occidit. c. 21. *M. du S.*

97. Ὑπομνημάτων] Mirum videri poſſit, auſum eſſe Alexandrum oracula ſua in commentarios referre; ſed & hoc dignitatem non exiguam, ab hujusmodi artifice dextro & ſubdole adminiſtratum Oraculo conciliabat, qui ſi quid contra quam in reſponſo ambiguo praedictum fuerat, cecidiſſe animadverteret, delebat illico, & perſpicuum jam, utpote re geſta, contrarium priori ſupponebat. *M. du S.*

2. Τόξου] Verus itaque hic demum Severiani exitus, ſi non meminiſti, cum *de Conſcribenda Hiſt.* librum legeres, perlege quaeſo iterum, ut quibus mendaciis illam potiſſimum hiſtoriae partem adulteraverint ſtulti & inficeti homines, videas. Θηλυχίτων autem quod attinet, Parthorum veſtes innuit Medicis & Perſicis ſimiles, quae molliores merito apud Graecos Romanosque habebantur. V. in Dial. *Phil. & Alex.* ſeu N. Δ. XIV. *M. du S.*

14. Κλάρῳ, ἡ Διδ.] De Clario ſatis notum, Apollinis ipſius oraculum fuiſſe; unde & patrem vocat *Aeſculapius Glyco* v. tamen ſi lubet, in Διω. c. 1. & *Orig.* c. Celſ. VIII. p. 333. Ejusdem Apollinis & oraculum ſequens Didymacum ſcilicet. V. Ἀσφ. c. 23. & Δίω. c. 1. Idem autem oraculum innuit Lucianus, aut potius Alexander ipſe, in oraculo quod paullo poſt ſequitur, βραγχίδαι ἀδύτοισι πελάζου &c. ſed occurrit difficultas. Si enim *Suidam* adeas, in v. βραγχίδαι, videbis Branchidas prodito Xerxi Apollinis templo recepiſſe ſe in Aſiam ſub ejus ditione victuros; deinde poſt aliquot ſecula ab Alexandro Magno ob veterem majorum perfidiam exciſos. V. & *Curtium* VII. 5. Qui fit ergo, inquies, ut hic *Branchidae* memorentur? In promptu reſponſum eſt: non defuere veteratores, qui illud oraculum extinctum reſuſcitarent, & in ſedes vacuas venirent, qui antiquo nomine *Branchidae* hic dicuntur. Sed *Strabonem* adi, qui l. XIV. p. 634. a Mileſiis denuo conditam refloruiſſe ait. Vid. & XI. p. 518. Vid. etiam *Orig.* c. Celſ. p. 55, 1. De eo ſic *Olearius.* V. Ol. ad *Philoſtr.* p. 140. „ Notum „ illud oraculum Mileſium; oraculum olim Branchi„ darum appellatum, poſtea Didymaei Apollinis, ut „ *Plinius* habet. c. 29. τὸ ἐν Διδύμοις ἱερὸν dicitur *Stra„ boni* l. XI. p. 518. & μαντεῖον Διδυμέως τῦ ἐν βραγ„ χίδαις

tis eorum, qui ad ſe venirent eo ablegandis, dicens:

Jam Claron ito mei vocem patris auditurus:

& rurſus:

Branchidam adytis accede, oracula & audi.

& iterum:

Ad Mallum, Amphilochique auditum oracula vade.

30. Haec quidem intra terminos, usque ad Ioniam, & Ciliciam, & Paphlagoniam, & Gallograeciam. Cum vero in Italiam usque percrebuiſſet oraculi fama, & in Romanorum urbem incidiſſet; nemo fuit, quin alius prae alio feſtinaret; alii quidem venientes ipſi; alii vero mittentes alios: & in primis potentiſſimi, maximaque dignitate in civitate praediti. Primus horum & caput quaſi Rutilianus fuit, vir caetera bonus & honeſtus, & in multis magiſtratibus Roma-

το, πολλὰς τῆς προσιόντων πέμπων ἐπ' αὐτὸν, λέγων·

Ἐς Κλάρον ἴεσο νῦν, τέμεῦ πατρὸς ὡς ὄπ' ἀκούσῃ.

καὶ πάλιν·

Βραγχίδεων ἀδύτοισι πελάζεο, καὶ κλύε χρησμῶν.

καὶ αὖθις·

Ἐς Μαλλὸν χώρει, θεοπίσματά τ' Ἀμφιλόχοιο.

Ταῦτα μὲν ἐντὸς τῶν ὅρων μέχρι τῆς Ἰωνίας, καὶ Κιλικίας, καὶ Παφλαγονίας, καὶ Γαλατίας. ὡς δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν διεφοίτησε τὸ μαντεῖον τὸ κλέος, καὶ εἰς τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐνέπεσεν, οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἄλλος πρὸ ἄλλου ἠπείγετο· οἱ μὲν αὐτοὶ ἰόντες, οἱ δὲ πέμποντες, καὶ μάλιστα οἱ δυνατώτατοι, καὶ μέγιστον ἀξίωμα ἐν τῇ πόλει ἔχοντες· ὧν πρῶτος καὶ κορυφαῖος ἐγένετο Ῥυτιλλιανὸς, ἀνὴρ τἆλλα μὲν καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἐν πολλαῖς [c] πράξεσι Ῥωμαϊκαῖς ἐξητασ-

[c] Πράξεσι] Reſtitutum ex G. P. L. & marg. *A1.* Τάξεσι Edd. priores.

καὶ πάλιν. l. XIV. p. 634. Illud cum Colophonio oraculo etiam jungit Lucianus in *Pſeudom.* & *Jamblich.* de myſter. III. 13. ut & *Porphyrius* apud eundem, qui virgam tenentem, vel ſedentem in axe, vel pedes aut limbum in aquam tingentem, vel ex aqua haurientem vaporem futura canere dicit προφήτιδα. Qui locus praeteritus *Bulengero*, &c. usque ad Licinii tempora hoc floruerit oportet, a quo illud conſultum fuiſſe *Sozomenus* meminit; atque haec ea aetate ſola erant clara oracula: obticuerat enim ferme Delphicus Apollo, V. c. 43. & *Plut.* 988. B. *M. du S.*

15. Μαλλῷ] Ibi oraculum erat Amphilochi temporibus illis clarum, ut hinc & ex loco *Xiph.* ſupra ad c. 19. allegato patet. *Pauſ.* in Att. 33. ἀψευδέστατον τῶν ἐμοῦ vocat. Agnoſcit hoc oraculum *Bulengerus* p. 46. AG. VII. Sed idem aliud ejusdem Amphilochi oraculum ponit in *Mello Ciliciae*; non ſatis diligenter, cum haud dubie de hoc intelligi *Pauſ.* debeat, quem ibi laudat. *M. du S.*

34. Ὦ πρῶτε κορυφ.] *Demoſthenes* dixerit, ὦ ῥῆτορ, καὶ τελεταῖε, καὶ πρῶτε ἑητόρων, ut ait in Or. adv. Ariſtogit. p. 829. D. *J. F. R.*

35. Ῥυτιλλιανὸς] Dicit Rutilianum fuiſſe quidem virum egregium, ſed ſuperſtitioſum. Ῥυτιλλιανὸς ἀνὴρ τἆλλα μὲν καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἐν πολλαῖς τάξεσι Ῥωμαϊκαῖς ἐξητασμένος. *Rutilianus vir alias quidem honeſtus & probus, tum compluribus in proeliis Romanorum ſpectatae virtutis*, ſic interpres. ſed Mſ. ἐν πολλαῖς πράξεσι in multis rebus Romanorum, ſive bello, ſive domi geſtis. *J. G. G.*

Ῥυτιλλιανὸς] Hujus apud Hiſtoricos mentionem nullam invenio; niſi forte idem fuerit, qui apud Xiphilinum in *M. Aur. Antonino*, *Rufus Baſaeus* dicitur; ſunt enim, quae ut id credam faciunt nonnulla. Quale eſt quod uterque videtur per omnes ordines ad ſummos tandem honores perveniſſe: quod imperiti aeque & indocti: quod apud Imperatorem gratia uterque ſumma: denique quod nomen *Rufi Baſaei* facile cogitari poteſt ex alio corruptum. Sed haec, ut ipſe nolim ambitioſe aſſerere, ita a lectore peto, ut mihi fraudi non ſit, conjecturas propoſuiſſe meas. *M. du S.*

37. Ἐν πολλαῖς τάξεσι Ῥωμαϊκαῖς ἐξητασμένος] Indigniſſima interpretatio utriusque interpretis *complurib. in praliis Romanorum ſpectata virtutis.* Nam neque haec deſcriptio ad praecedentia accedit, in quibus de auctoritate in republ. & urbanis officiis agitur; nec Graeca talem ſenſum admittere poſſunt. Verte *& in multis apud Romanos dignitatibus ac honoribus verſatus.* Eodem errore mox ἀφὼς τῶν ἐγκεχειρισμένων τάξιν, uterque vertit *relicto exercitu, quem tenebat*, quum de-

ταραμβῶν, τὰ δὲ περὶ τοὺς θεοὺς πάνυ νοσῶν, καὶ ἀλλόκοτα περὶ αὐτῶν πεπιστευκὼς, [a] καὶ εἴ μόνον ἀληλιμμένον που λίθον ἢ ἐστεφανωμένον θεάσαιτο, προσπίπτων ἀεὶ, καὶ προσκυνῶν, καὶ ὀπτόλυ παρεστὼς, καὶ εὐχόμενος, καὶ τἀγαθὰ παρ' αὐτοῦ αἰτούμενος. ἔτυχε τοίνυν ἀκούσας τὰ περὶ τοῦ χρηστηρίου, μικρῷ μὲ ἐδέησεν ἀφεὶς τὴν ἐγκεχειρισμένην τάξιν, εἰς τὸ τῆς Ἀβώνου τεῖχος ἀναπτῆναι. ἔπεμπε δ' ὃν ἄλλους ἐπ' ἄλλοις· οἱ δὲ πεμπόμενοι, ἰδιῶταί τινες οἰκέται ῥᾳδίως ἐξαπατηθέντες, ἐπῄνεσαν, τὰ μὲ ἰδόντες, τὰ δὲ ὡς ἰδόντες καὶ ὡς ἀκούσαντες. διὰ τοῦτο γέμοντα, καὶ προσεπιμελοῦντες ὅτι πλείω

nis probatus: ſed circa Deos *religioſe* quodam morbo laborans, & abſurdas de iis perſuaſiones habens, qui ſi qua unctum lapidem aut coronatum videret, accideret ſtatim adorandi cauſſa, multumque adſtans vota faceret, bonaque ab illo peteret. Hic de oraculo cum audiſſet, parum aberat, quin mandato ſibi munere relicto, ad Aboni caſtra advolaret: miſit certe alios ſuper alios. Miſſi vero *qui eſſent*, imperiti quidam ſervi, facile decepti poſt reditum, alia a ſe viſa, alia tanquam viſa & audita narrant, & plura his corollariorum inſtar ad-

a Καὶ] Abeſt a *Fl. P. Ald.* &c. Adeſt in *J.* & marg. *Mall.*

buiſſent loco vel munere, vel ſtatione. Eadem tamen aberratione & Sponius, *Il faillit donc aquitter l'Armée, qu'il commandoit*, quum priora dubie reddidiſſet: *qui s'étoit ſignalé en pluſieurs occaſions.* At clare phraſin ſuam exſerit noſter auctor in principio Macrobiorum, (c. 7.) ἵν' ἵνα ἡ ἰσοτελεστάτη μεγάλου αὐτοκράτορος τύχῃ εἰς τὴν τελειοτάτην ἀγαγοῦσα τάξιν &c. *J. G.*

Ibid. Τάξιν] Vertitur *praeliis*. Verte *magiſtratibus*. *F. G.*

Τάξιν] Ἀπὸ τὰ μὲ ἄλλα καλὸς ὁ ἀγαθὸς, καὶ οὐ πολλαῖς τάξιν Ῥωμαϊκαῖς ἐχρησάμην. Pro τάξιν MS. *Graevii* πράξιν. Sed τάξιν videtur proprium magis & conveniens, non ut cum Interprete proelia (niſi enim fallor, requireretur στρατήγησιν) ſed variis dignitates intelligam cum optimo meo *Grenovio*. Huic Graecae Lucianeae phraſi conveniunt iſta *Livii* XXXII. cap. 7. *Per honorum gradus documentum ſui dantes.* *J. J.*

Πράξιν] Vide *Herodian.* II. initio. Secutus ſum autem ſcripturam G. P. & L. In impreſſis enim τάξιν legitur. *M. du S.*

Πράξιν] Quia *Soulius* noſter jam ſic mutaverat ex tribus Codd. & quartum quoque ſic habere cognovi, quatuor Mſſ. hoc dandum cenſui, ut illorum conſenſum vulgatae praeferrem, in lectione, quarum utraque defendi poteſt. Πράξεις enim ſic Herodiano dici, recte *Solanus* ait, cujus verba ex L. 2. c. 1. §. 9. addam: Ἦν δὲ ὁ Πέρτιναξ τὸ μὲ γένος Τραχώνιος, ἐν δὲ πολλαῖς στρατιωτικαῖς τε καὶ πολιτικαῖς ἐπιδημήσας πράξεσιν. Sed & bellica & *civilia negotia* πράξεις vocari ex eo loco patet, quod aliunde quoque ſatis notum. Si itaque non de bello ap. Lucianum eſt cogitandum; tamen πράξεις hic recte ſe habent, & de negotiis publ. poſſunt accipi; nam de bellicis eo minus putem accipiendum, quod Ῥωμαϊκαῖς additur, quod urbanis rebus magis proprium. Ἐξαπατᾶσθαι autem pro ἐξαπατᾶσθαι vid. *Schol. Thucyd.* II. c. 7. No. 69. *J. F. R.*

40. Εἰ μόνον] Vid. *Clem. Alex.* VII. Stromat. p. 302. v. 43. *M. V. la Croze.*

Ibid. Ἀληλιμμένον που λίθον] Vide *Clem. Alex.* VII. Strom. οἱ αὖτοι δέ ἔτι πᾶν ξύλον καὶ πᾶσαν λίθον, τὸ δὲ λεγόμενον λιπαρὸν προσκυνοῦντες. Unde jam in proverbium abiiſſe conſtat. Meminit & *Apuleius* initio Floridorum, monente ad *Theophr. Char.* 295. Caſaubono. Ipſe *Theophraſtus* ſuperſtitioſi hominis hoc eſſe ait p. 47. C. tangit & alibi noſter; ſupra Ἔκθεσ. c. 22. infra ἐπιλ. c. 12. *M. du S.*

Ἀληλιμμένον που λίθον] Conferri meretur cum hac Rutiliani deſcriptione principium *Floridorum Apulei*, ubi habemus inter alia *lapidem unguine delibutum*. Sed nimirum huc pertinet tota de *Baetyliis* obſervatio. *J. M. G.*

53. Γέροντα] Mortuus eſt *Rutilianus* aut circa M. Aurelii obitum, aut imperante jam Commodo, & quidem ſeptuagenarius (v. c. 34.) Quinquagenarius ergo *Rutilianus*, cum ad imperium acceſſere fratres *M. Aurelius* & *L. Verus*. Conſtat praeterea in nummo *Antonini* pii conſpici Glyconem. Ex quibus omnibus id liquido evincitur, nondum ſenem fuiſſe Rutilianum, cum primum Romae innotuit Alexander; niſi ponas ſenes poſt 40. exactum annum dici. Certe ita hoc in loco, rationibus rite ſubductis, uſurpaſſe deprehenditur Lucianus, ſi nummo aliqua fides. *M. du S.*

62. Καθ' αὑτοὺς] *De ſuis rebus futuris.* *F. G.*

Ibid. Ὁ δὲ] Intellige Ἀλέξανδρος. *F. G.*

63. Ξυνίους — ἐργαζόμενος αὐτῷ] Refert Auctor miram Alexandri Impoſtoris comitatem, & gratiam omnium, qui ad ipſum venirent, captandi artem dexterrimam. ὁ δὲ, inquit, τοὺς ἀφικνουμένους φιλοφρόνως ὑπεδέχετο, ξυνίοις τε καὶ παρὰ τὰς ἄλλας δυνατὸς ἐργαζόμενος αὐτῷ. Puto ſcripſiſſe Lucianum, ξυνίους, ut infra c. 56.

adjiciunt, ut gratioſiores nempe eſſent apud dominum. Accendunt ergo miſellum ſenem, & in robuſtam illum inſaniam conjiciunt.

τούτων, ὡς ἐντιμότεροι εἶεν παρὰ τῷ δεσπότῃ. ἐξέκαιον γὰρ τὸ ἄθλιον γέροντα, καὶ εἰς μανίαν ἐρρωμένην ἐνέβαλλον.

31. At ille qui amicus eſſet plerisque & potentiſſimis, circumire & narrare partim quidem ut audierat ex his quos miſerat, partim etiam de ſuo adjecta. Implet igitur urbem, & commovet hic vir, & de aula plerosque ſolicitat, qui ſtatim ipſi quoque ſeſtinant de ſuis rebus aliquid audituri. At noſter blande qui excipieret venientes, hoſpitalibusque & aliis magni pretii muneribus ſuos faceret, dimiſit illos, qui non renun-

Ὁ δὲ, ὡς ἂν τοῖς πλείστοις καὶ δυνατωτάτοις φίλος ὢν, περιῄει, τὰ μὲν διηγούμενος ὡς ἀκούσειε παρά τῶν παρόντων, τὰ δὲ καὶ παρ' [b] αὐτοῦ προστιθείς. [c] ἐνέπλησε δ' ἂν τὴν πόλιν, καὶ διεσάλευσεν ὅτου, καὶ τὴν αὐλὴν τοὺς πλείστους διεθορύβησεν, οἱ αὐτίκα καὶ αὐτοὶ ἠπείγοντο ἀκοῦσαί τι περὶ καθ' αὑτούς. ὁ δὲ τοὺς ἀφικνουμένους φιλοφρόνως ὑποδεχόμενος, [d] ξενίοις τε καὶ ταῖς ἄλλαις δωρεαῖς πολυτελέσιν [e] ἐργαζόμενος ἑαυτῷ, ἀπέπεμπεν, οὐκ ἀπαγγελοῦντας μό-

[b] Αὐτοῦ] Αὐτῶν *J. Fl. H. P.* [c] Ἐνέπλησε] Ἐνέπλησε *J. Pell.* [d] Ξενίοις] Recte ſic P. ut *Jenſ.* voluit, ξυνίοις enim Edd. [e] Ἐργαζόμενος αὐτῷ] Φίλους ἀπεργαζόμενος αὐτῷ *Pell.* Εὖνους ἐργαζόμενος marg. *A. W.* Editionum φύτῳ in αὐτῷ mutavi.

56. ξένια, καὶ δῶρα πολλὰ πέμψας. Sic enim dona hoſpitalia dicuntur ξένια vel ξενία, quae Latinis *Lautia*. Scripſi autem in poſito loco αὐτῷ, quamquam vulgo αὐτῷ. (plus centies forte in hoc ſcriptore male ſe habet in hac vocula ſpiritus.) Interpres plane nullam hic τῷ, αὐτῷ, habuit rationem. Nec mirum; in perverſa enim, quam dat, verſione nullum id locum habet. Δωρεαῖς ἐργάζεσθαί τινα αὐτῷ, eſt, *muneribus aliquem ſibi conciliare*; & ſic verti debuit. Vide omnino, Studioſe Lector, politiſſimas *Graevii* Lectiones Heſiodeas, cap. II. pag. 9. ubi hunc τῷ ἐργάζεσθαι pro *acquirere*, *parare*, uſum eleganter, ut ibi omnia, illuſtrat Vir Cl. cui ſententiae ultra confirmandae etiam hic Luciani locus accedere poteſt. Simili modo infra c. 55. Φίλους ἀπεργάζεσθαι. Ita in *Macrobiis* T. III. c. 7. ἐργάσατο σεαυτῷ τῇ λιτῇ μίτῃ σόν τε ὕπνον, καὶ ὑγιαινόταλον βίον. *Paraveris tibi victus ratione, longiſſimam juxta & ſaluberrimam vitam.* Cum hoc Graecorum τῷ, ἐργάζομαι uſu mire convenit ipſum verbum *exercere*, ita ſumptum pro *conquirere*, *comparare*, abs *Terentio*; apud quem in Heautontimorumeno A. I. S. I. Menedemus ait, ſe vendidiſſe

Ancillas, ſervos, niſi eos qui opere ruſtico
Faciundo facile victum exercerent ſuum.

Lis quidem inter eruditos eſt de hujus loci quum vera lectione, tum vero ſenſu; aliis hanc ſcripturam tuentibus, aliis mutantibus τὸ *exercerent* in *exſercirent*, auctoritate potiſſimum *Feſti* nitentibus. Sed profecto quum τὸ *exercerent* ſit receptior lectio, & tam apprime cum prolato τῷ ἐργάζεσθαι apud Graecos uſu conveniat, nihil videtur cauſſae, quidni in ea acquieſcamus cum Bembo, Mureto, aliisque, & praecipue Farnabio, qui eam cum τῷ, ἐργάζεσθαι recte componit, adſtipulatorem adferens Turnebum, qui & ex Ambroſio geminum germanum locum notarit, ubi *exercere ſumptum* eodem plane modo occurrat. Caeterum non poſſum facere, quin hic opportune elegantem *Aeliani* locum & ab Interpretis hallucinatione vindicem, & ex oſtenſo hoc τῷ, ἐργάζεσθαι apud Graecos uſu exponam atque illuſtrem. IV. nimirum ποικίλων, cap. 3. loquitur ille de Polygnoto Thaſio, & Dionyſio Colophonio, Pictoribus: καὶ ὁ μὲν Πολύγνωτος, inquit, ἔγραφε τὰ μεγάλα. καὶ ἐν τοῖς παλαίοις ἠργάζετο τὰ ἆθλα. Non profecto ἐργάζεσθαι τὰ ἆθλα eſt *certamina ſubire*, quemadmodum vulgatus reddidit Interpres; ſed *praemia ſibi comparare ex certaminibus*: quo ſenſu τῷ ἐργάζεσθαι etiam Aelianus alibi utitur, velut ex exemplis in Indice notatis, ubi & Interpretis hic lapſus verbo notatur, videre eſt. Innuit nimirum Aelianus, Pictorem Polygnotum picturа expreſſiſſe rerum grandiorum formas, easque integras; cujus artis & operae praemia tulerit & pretia. Poſſumus quoque ita exponere, Polygnotum cum aliis de gloria pingendi τὰ τέλεια certaſſe victoremque exſtitiſſe; & adeo praemia, ſi qua fuiſſent propoſita, reportaſſe. Etenim fuiſſe etiam inter Pictores certamina, ſatis notum vel ex eo, quod de Parrhaſio narrat *Aelianus* IX. cap. XI. Non tamen id quidquam facit, ad Aelianum hoc loco ita vertendum: neque frequentior uſus vocis ἆθλον, *praemium*, non *certamen*, ſignificantis, id facile patiatur. Dudum namque eſt, quod Eruditi (vide Cl. *Graevii* ad Luciani Soloeciſtam animadverſiones) docuerunt, politiores Graecos τὸ ἆθλον inter, & ὁ ἆθλος diſtinxiſſe; ita

μόνον τὰς ἐρωτήσεις, ἀλλὰ καὶ ὑμήσοντας τὸν θεὸν, καὶ τεράστια ὑπὲρ τοῦ μαντείου καὶ [a] αὐτοῦ ψευσομένους.

[b] Ἀλλὰ καὶ μηχανᾶταί τι ὁ τρισκατάρατος οὐκ ἄσοφον, οὐδὲ τοῦ προστυχόντος λῃστοῦ ἄξιον. λύων γὰρ τὰ πεμπόμενα βιβλία, καὶ ἀναγινώσκων, εἴ τι εὕροι ὀπισφαλὲς καὶ παραμεχανδυνευμένον ἐν ταῖς ἐρωτήσεσι, κατεῖχεν αὐτὸς, καὶ οὐκ ἀπέπεμπεν, ὡς ἐπιχειρίους, καὶ μονονουχὶ δήλους ἀφ' ὧν δέοι ἔχοι τοὺς πεπομφότας, μεμνημένους οἷα ἦν ἃ ἤροντο. [c] συνίης δὲ οἵας εἰκὸς τοὺς πλουσίους καὶ [d] μέγα δυναμένους τὰς φύσεις συνθάνεσθαι. ἐλάμβανεν οὖν πολλὰ παρ' ἐκείνων, εἰδότων ὅτι αὐτοὺς ἐντὸς ἔχει τὰ ἀρκύων.

Βούλομαι δέ σοι καὶ τῶν Ῥουτιλλιανῷ δοθέντων χρησμῶν ἐνίους εἰπεῖν· συνθανομένῳ γὰρ αὐτῷ περὶ τοῦ παιδὸς ἐκ προτέρας γυναικὸς, παιδείας ὥραν ἔχοντος, ὅν τινα προσήσαιτο διδάσκαλον τῶν μαθημάτων αὐτοῦ; ἔφη·

tiarent modo interrogata, sed Deum etiam celebrarent, & prodigiosa de oraculo, seque ipso mentirentur.

31. Ac machinatur quiddam homo execrabilis, non insipiens & latrone minime vulgari dignum: solvens enim libellos sibi missos & legens, si quid inveniret audax & periculosum in interrogationibus, retinuit ipse nec remisit, ut obnoxios & tantum non servos sibi retineret isto metu eos, qui mitterant, memores nimirum, qualia fuissent, de quibus interrogassent. *Probe* autem intelligis quas interrogationes proponi a divitibus & potentibus probabile sit. Ab his ergo multa accepit, qui scirent se intra illius retia conclusos.

33. Volo autem tibi oraculorum Rutiliano datorum quaedam dicere. Interroganti de filio suo e priori uxore suscepto, qui jam ad aetatem institutionis capacem perveniisset, *Quem discendi magistrum ei praeficeret?* respondit:

Py-

[a] Αὐτοῦ] Αὐτοὺς P. [b] Ἀλλὰ] Ex P. & marg. *Al.* Deerat in Edd. [c] Συνίης δὲ, οἷας] Ex emendat. *Solani.* Συνιὰς δ' ὁ. *Fl.* Συνίησι P. Συνίησι δὲ, οἷα Edd. ceterae, Συνιῇς etiam marg. *Al.* [d] Μέγα] Μεγάλα Ex. *Fl.* Nihil mut. Edd. nec P.

ita ut hoc significetur *certamen*, illo *certaminis praemium*. Est tamen, ubi contra τὸ ἆθλον pro ipso certamine sumatur, quemadmodum potissimum ex hoc, in *Anthol.* I. cap. 64. Epigrammate II. ostendit *H. Stephanus*, ubi Ulysses redux ad Ithacam ita:

Χαῖρ' Ἰθάκη μετ' ἄεθλα, μετ' ἄλγεα πικρὰ θαλάσσης.

Huic addas licet ipsum *Aelianum* XIII. Ποικιλ. 14. ubi in caeteris Homericorum carminum partibus censentur & τὰ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἆθλα· quae haud dubie sunt certamina, & ludi funebres in funere Patrocli ab Achille instituti, quos copiose commemorat *Homerus* Il. Ψ. *J. J.*

Ξυνίοις] Sic L. Reliqui prave ξυνίαις. *M. du S.*

64. Ἐργαζόμῳ αὐτῷ] Scribo ἐργαζόμενος αὐτῷ, i. e. *suis rebus favens. faisant cela pour son interest particulier.* F. G.

Ἐργαζόμῳ] Si plures libri addicerent, non respuerem illud εὖνους, quod marg. *Aldinae Wesselingianae* habet; verum quia & *Pelleti* φίλους glossa nonnullis videbitur, etiam hoc pro glossemate haberi poterit. Quamvis c. 55. φίλους ἀπεργάζεται, & alibi, φίλους ἐργάζεσθαι, frequentius occurrat, nondum tamen alterutrum Luciano infero, dum spes est, ἐργάζεσθαί τινὰ αὐτῷ pro *aliquem sibi conciliare*, aliis testimoniis probari posse. Quod autem Clar. *Jens.* ait, *Graevium* virum Cl. probasse, id minus adcurate huc adplicavit. Nam *Graev.* ad Hesiod. probat tantum, ἐργάζεσθαι esse *labore adquirere*, & βίον ἐργάζεσθαι significare *manibus victum quaerere*, vel *parare*; unde nondum sequitur, ἐργάζεσθαί ἄνθρωπον quoque sic dici pro *aliquem sibi amicum reddere ac benevolum*, de quo hic est quaestio: quare *Gujeti* explicationi accedo, ut sit: *sibi ipsi operatur, suo commodo serviens.* *J. F. R.*

69. Ἀλλὰ] P. solus. *M. du S.*

77. Συνίησι] Forsan συνίει. *F. G.*

Συνίης δὲ οἷας] Omnes libri, excepta *Fl.* Ed. habent συνίησι δὲ οἷα, quod quem sensum exhibeat, nemo credo intelligat. Vertebant tamen miris modis. Vide an nos rectius. Ego certe rem acu tetigisse mihi videor. Quid enim conjectura *Alexandro* opus, qui omnes omnino tabellas, ut responsa sua componeret, resignabat? Luciani acumine dignius, ut ad *Celsum*, cui inscriptus hic liber est, orationem convertens, Lectori, quid sub Imperatore Philosopho rogaturi fuerint Optimates, conjiciendum relinqueret, quam aut *Alexandro* tabellas, ut dixi, de more resignanti istud

Pythagoram, egregieque canentem praelia vatem.

Puero deinde paucis post diebus mortuo, ipse quidem aestuare, nec habere quod accusantibus responderet, oraculo ita rebus praesentibus refutato. At ipse bonus vir Rutilianus ultro suscepta oraculi defensione dixit, hoc ipsum indicatum a Deo, ac propterea, non vivum illi praeceptorem capi jussisse, sed Pythagoram atque Homerum vita olim functos, quibuscum versari nunc puerum apud inferos probabile sit. Quid vero reprehendendus est Alexander, si tales inter homunciones versari voluit?

34. Rursus interroganti, *cujus ipse animam nactus esset?* ait:

Pelides primum fueras, post ista Menander,

Πυθαγόρην, πολέμων τε ἀμύχλορον ἐσθλὸν ἀοιδόν.

Εἶτα μετ' ὀλίγας ἡμέρας τῷ παιδὸς ἀποθανόντος, ὁ μὲν ἠπόρει, καὶ οὐδὲν εἶχε λέγειν πρὸς τὰς αἰτιωμένους, πλὴν πόδας ὅτως ἐληλεγμένῳ τῷ χρησμῷ. ὁ δὲ Ῥουτιλιανὸς αὐτὸς φθάσας ὁ βέλτιστος, ἀπελογεῖτο ὑπὲρ τοῦ μαντείου, λέγων, τοῦτο αὐτὸ προδεδηλωκέναι τὸν θεὸν, καὶ διὰ αὐτὸ, ζῶντα μὲν κελεῦσαι μηδένα διδάσκαλον ἑλέσθαι αὐτῷ, Πυθαγόραν δὲ καὶ Ὅμηρον πάλαι τεθνεῶτας, οἷς εἰκὸς τὸ μειράκιον ἐν ᾅδου νῦν συνεῖναι. τί τοίνυν μέμφεσθαι ἄξιον Ἀλεξάνδρῳ, εἰ τοιούτοις ἀνθρωπίσκοις ἐνδιατρίβειν ἠξίου;

Αὖθις δὲ συνθανομένῳ αὐτῷ τίνα ψυχὴν αὐτὸς διεδέξατο; ἔφη·

Πρῶτον Πηλείδης ἐγένευ· μετὰ ταῦτα Μένανδρος.

Εἶθ'

Pythagoram, egregieque canentem praelia vatem.] Nihil hic mutare *H.* & *Fl.* notat *M. du S.* Sed nec quidquam *J. Ald. P.* Πυθαγόρην, πολέμων τε ἀμύχλορον ἐσθλὸν ἀοιδόν.] Deficiens in Edd. ex L. & P. insertum.

istud tribuere; aut ipsum periculosa, imperante filio, temeritate edisserere. *Cassium*, & alios res novas molientes menti ejus, cum haec scriberet, obversatos esse existimo. (Oraculis nempe fretus *Cassius*. . . . . V. *Volcat. Cass.* I. & XIII. Nec deerant, qui sive pertaesi dominationis sive Philosophum spernentes, aut gravitatis odio, aut honorum sub alio cupidi, in annos Imperatoris inquirerent, & nova molirentur. V. *M. Aurel.* vitam 32. a *Dacerio* scriptam.) In *Fl.* est συνιὼς. quod ad nostram emendationem propius accedit. *M. du S.*

Συνίησι] Hiatus est in parenthesi illa notae *Soulianae*, & aliquid deest, quod postea additurus fuisse videtur. Ego itaque sic exhibui, ut in ejus nott. Mss. inveni. *J. F. R.*

Συνίησι] Omnes, quantum scio, legunt συνίησι δὲ οἷα εἰκὸς — τὰς πύσεις πυνθάνεσθαι, & συνίησι imperfecto tempore referunt ad ipsum Alexandrum, *intelligebat*: sed vel sic οἷα & τὰς πύσεις non bene conveniunt. Mihi dubium non est, dedisse Lucianum συνίης δὲ οἷας — τὰς πύσεις. Res nimis aperta. Ad conscientiam Celsi sui provocat Lucianus, & vult, ut cogitet, quas quaestiones proponere soleant potentes, nempe de vita imperatoris, de spe sua, de successu cogitatae rebellionis e. i. g. a. quaestiones non magisteriales, sed capitales. Hoc ergo secutus sum in versione: & video idem visum eruditissimo *Soulio*. *J. M. G.*

78. Πύσεις πυνθάνεσθαι] Hujusmodi repetitiones verbi cognati, ut μίμψιν μίμεσθαι, δικάζειν δίκας, τόλμημα τολμᾶτον, φίλημα φιλῆσαι, Graecis aeque familiares esse ac Latinis, vid. *Spanh.* ad Aristoph. Pl. 10. Et Nostrum *Herod.* c. 3. λόγους ἔλεγον, & *Scyth.* c. 4. ἔρωτος ὃν ἐράσθης. *Quom. Hist.* c. 6. ἀρχὴν ἀρητέον. Item *Long. Past.* L. 2. p. 55. Ed. *Wech.* τέρψις — ἐτέρπετο, & p. 62. φίλημα ἐφίλησε. p. 68. f. πολέμους ἐπολέμησε τὴν ἀγρωικίαν. p. 86. ἔριζον ἔριν ἐριδικήν. L. III. 113. rursus, φιλήματα φιλεῖν, quod & Lucian. I. dixerat. ac p. 114. συμπαλαίουσα πάλην. Alia ejusmodi ex aliis etiam profert Cl. *Jens.* in Lect. Lucian. p. 337. 338. Quem vid. infra ad *Jov. confut.* πομπὰς πέμπειν. *J. F. R.*

87. Πυθαγόρᾳ] In veteri inscriptione, in Sylloge *Fleetwood* p. 312. *Dogmata Pythagorae sensa, studiumque Sophorum: Et libros legi, legi pia carmina Homeri.* Habetur integra in editione *Petronii* Amstel. A. 1669. 8o. p. 547. *M. V. la Croze.*

91. Παρὰ πόδας] Quod *ante pedes*, quod obvium est, ut in *Quom. Hist.* c. 13. Sed πρὸ ποδὸς & περὶ πόδα vid. ibid. c. 14. *J. F. R.*

1. Ἐνδιατρίβειν] Reponebam olim ἐνδιαθρύπτειν, ut prope idem hic diceret quod c. 42. At nunc receptam lectionem sequor, quia verbum ἐνδιατρίβειν alibi a Nostro usurpari eodem sensu video: ut Ἀπαιδ. c. 26. cui quamvis diversum adde Οἰκ. c. 2. *M. du S.*

2. Τίνα ψυχὴν] Frustra *Solanus* varietatem quaesivit. Nec eam desidero: est enim tantum metathesis, euphoniae caussa facta, pro τίνα τὴν ψυχὴν. Vid. T. I. *Nigr.* c. ult. No. 52. *J. F. R.*

3. Αὐτὸς] P. & L. *M. du S.*

Εἶθ' ὃς νῦν φαίνῃ, μὴ δ' ἔσται [a] ἡλιὰς ἀκτίς,
Ζήσεις δ' ὀγδώκοντ' ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν λυκάβαντας.

Tum, qui nunc vivis; radius post omnia Solis,
Cum supra centum octoginta exegeris annos.

Ὁ δ' ἑβδομηκοντούτης ἀπέθανε μελαγχολήσας, [b] οὐδὲ τὴν ἐπιμείναν τοῦ θεοῦ ἐπαγωγήν.

At ille septuagenarius diem suum obiit; morbo atrabiliario, non expectata promissione Dei.

Καὶ ἦν τοῦτο ὁ χρησμὸς τῶν αὐτοφώνων ἓν. ἐρομένῳ δέ ποτε αὐτῷ περὶ γάμου, ῥητῶς ἔφη·

35. Etiam hoc erat vocalium unum oraculorum. Interroganti quondam de nuptiis diserte dixit:

Ἤμον Ἀλεξάνδρῳ τε Σελήνης τε θύγατρα.

Dmcito Alexandro natam Lunaque puellam.

Διεδεδώκει δὲ πάλαι λόγον ὡς ὁ θυγατρὸς, ἣν εἶχεν, ἐκ Σελήνης αὐτῷ γενομένης· τὴν γὰρ Σελήνην ἐρωτι ἁλῶναι αὐτοῦ, καθεύδοντά ποτε ἰδοῦσαν, ὅπερ αὐτὴ ἔθος, κοιμωμένων ἐρᾶν τῶν καλῶν. ὁ δ' οὐδὲν [c] μελλήσας ὁ συνετώτατος Ῥουτιλλιανὸς, εὐθὺς ἐπεμπεν ἐπὶ τὴν κόρην, καὶ τοὺς γάμους συνετέλει ἑξηκοντούτης νυμφίος, καὶ συνῆν, [d] τὴν πενθερὰν Σελήνην ἑκατόμβαις ὅλαις ἱλασκόμενος, καὶ τῶν ἐπουρανίων εἷς καὶ αὐτὸς οἰόμενος γεγονέναι.

Nempe olim rumorem sparserat, filiam; quam habebat, ex Luna sibi natam esse. Lunam enim amore ipsius captam, quum dormientem vidisset. Mos scilicet illius, dormientes formosos amare. Prudentissimus autem ille Rutilianus nihil cunctatus, statim misit ad arcessendam puellam, nuptias celebravit sexagenarius sponsus, & cum illa cubuit, placata prius socru Luna, totis hecatombis, putansque se quoque jam caelestium unum esse factum.

36. At

a Ἡλιὰς] Ἰλίας male P. Nil vulgatam mutant *J. Fl. H. P.* b Οὐδὲ] Οὐ *J.* c Μελλήσας] Sic recte *J.* &c. Μελήσας *Fl.* passim. d Τὴν πενθερὰν Σελήνην] Τῇ πενθερᾷ Σελήνῃ *Fl.* Cum vulgata nostra facit P.

18. Τὸν δὲ Σελήνην] Εἰς δὲ Ἐνδυμίωνα * Δικαίαλλιν † λέγω. † ὃς ὁ βούκολος ὢν, ἐμισθώσατο ὑπὸ σελήνης μυθεύεται. *V.*

* Δικαίαλλιν] Δικαίλιον male fuit in Ed. *Ciar.* correxit *M. du S.* non addens unde; sed nec opus erat, adeo res est manifesta.

† Ὃς καὶ] Ὃς καὶ habet V. Unde conjicio scriptum fuisse ὕστερ γάρ. *M. du S.*

6. Ἡλιὰς ἄκτις] Sic Dorice ἁλιὰς ἐπιγραφή. Inscriptio navis a *Sole*, qui erat insigne navis. (Etsi alias ἁλιὰς navicula est:) Sic ἡλιάδα vocat Rhodum insulam Noster in *Amor.* a cultu Solis. Vid. *Bergl.* ad *Alciphr.* I. ep. 12. p. 48. *J. F. R.*

8. Ἀτράβαντας] Antiqua vox, de qua consule *Junium* c. 18. L. de anno & mensibus. *M. du S.*

10. Ἑβδομ.] Septuagenarius obiit, (sexagenarius uxorem duxerat Alexandri ex luna, si diis placet, filiam c. 35.) Alexandro superstes (c. 60.) quem ad ultima M. Aurelii perveniisse compertum est. Ergo sub initium fere Commodi mortuus *Rutilianus*, aut certe sub ipsum M. Aur. finem. *M. du S.*

11. Οὐδὲ] Cum *Junt.* ὃ tantum haberet, consului Edd. reliquas, vidique *Ald. H. P. Fl. S.* οὐδὲ habere; quare eas expressi potius, etsi non prorsus necessarium esset illud δὲ; nec *Solanus* id expressurus fuisse videtur, quia id *Juntinae* textui non inserviit, ut alias so-

let; verum hanc omissionem ab Editore *Junt.* non esse studio factam, inde conjicio, quod ὃ extremum paginae vocabulum est, cujus alteram partem in pag. seq. transferre oblíti videntur typothetae. *J. F. R.*

19. Σελήνῃ] Haec de re *Suet.* Caio. *J. B.*

ΛΥΚ. Συντέταχ᾽ ἡμῖ, ὦ Πάμφιλε, ὡς οἶδα, ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις ὑ Φαύλη χτ᾽ γένη τοῖς Φιλοσόφοις, Στωϊκοῖς λέγω, ϗ Πλατωνικοῖς, ϗ [a] Ἐπικυρείοις, [b] ἔτι ϗ τοῖς ἐκ τῆ Περιπάτυ, τὰ ἴσα τύτοις ἅπασιν. ἔδει δὲ ἀποθανόντ@ αὐτῶ τιν@, ἄλλον ἀντικαθίσαι, δοκιμασθέντα ψήφῳ τ᾽ ἀρίστων. ϗ τὰ ἆθλα, ὑ βοείη τις ἦν, χτ᾽ τ᾽ ποιητίλω, ὐδ᾽ [c] ἱερήϊον, ἀλλὰ [d] μύριαι χτ᾽ τ᾽ ἐνιαυτὸν, ἐφ᾽ ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις. ΠΑΜΦ. Οἶδα ταῦτα· καί τινα φασὶν αὐτῶ ἔναγχ@ ἀποθανεῖν, τ

3. LYC. Conſtituta ſunt, quod noſti, Pamphile, ab imperatore ſalaria non contemnenda generatim philoſophis, Stoicis dico, & Platonicis, & Epicureis, inſuper etiam Peripateticis, aequalia omnibus. Oportebat autem in mortui alicujus locum ſurrogari, probatum ſuffragiis optimatum. Praemium certaminis non *bubula pellis erat*, ſecundum poëtam, *neque victima*, ſed decies millenae quotannis drachmae, ut juvenes doceret. PAMPH. Novi iſta, & aiunt quendam illorum nuper mortuum, Pe-

a Ἐπικουρείοις] Ἐπικουρίους W. b Ἔτι ϗ] Ἔτι δὲ ϗ W. c Ἱερήϊον] Sic P. ſola. Ἱερῶν cett. & M. d Μύριαι] Μυρία male L.

39. Κατὰ τ᾽ ποιητὴν] Ἐν τ᾽ X. τ᾽ Ἰλιάδ@ τοῦτο. G.

31. Συντέταχται] Imperator quis? M. Aurelius Antoninus, eo ipſo, ut putant, anno, quo Athenis initiatus eſt, qui CLXXVI. Vid. *Dion.* LXXI. p. 815. & *Philoſtr.* 563. Quamvis enim Antonino Pio id ex *Capitolino* tribuatur (c. 11.) Dio id & Philoſtratus Marco vendicant; hic in *Theodoto* p. 291. ille p. 814. A. (vid. *Wotton* p. 169.) Quantum autem fuerit illud ſtipendium, vide ſtatim hoc ipſo capite, & c. 8. *M. du S.*

32. Ἐκ βασιλέως] An M. Antonino philoſopho? *F. G.*

Ἐκ βασιλέως] Ita ὑπὸ pro ὑπὸ infra *Demon.* c. 51. Et ſic pro *unde* vel *a quo* aliquid praebetur, *Arrian.* Exp. Alex. II. 1. ἡγεμὼν ὑπὸ βασιλέως Δαρείου καθεσταμένος. *Dionyſ. Perieg.* de ſitu Orb. verſ. ult. — ἀλλά μοι ὕμνων Αὐτῶν ὑπὸ μακάρων ἀντάξι@ εἶεν ἀμοιβή. Sic ὑπὸ τινὸς πεσεῖν pro ὑπὸ, *Long. Paſt.* III. pr. *Herodian.* VIII. 8. 2. ἠγανάκτουν ὅτι ἄρα ἔχοιεν ἐκ συγκλήτου βασιλέως, quod vertitur: *gravabantur datos ſibi a ſenatu principes.* Sed & ibi ſimul ſignificare poteſt: *principes e ſenatorum numero datos.* Nam praemittitur populum laetatum patriciis principibus. *J. F. R.*

Ibid. Μισθοφορά τις] De ſalariis rhetorum vid. *Gronov.* P. V. 4, 11. p. 32. μύριαι δραχμαὶ ex vulgari Romanorum computatione denarium drachmae aequantium ſunt quadraginta millia H. S. ſ. 2000. floreni Rhenani. Quae turbae circa talem ſucceſſionem ortae nonnunquam ſint, ſuo exemplo docet Eunapius in Proaereſio p. m. 131. *J. M. G.*

37. Δεκ. ψήφῳ τ᾽ ἀρίστων] *Philoſtratus* quidem Herodi eam poteſtatem a Marco cum primum conſtitueretur, factam tradit, p. 566. Cum ipſe Profeſſorem Rhetorices Theodotum nominaret. At *Eunap.* in Proaereſio de philoſophis; χειροτονοῦνται δοκιμασθέντες ἀπάσαις ψήφοις &c. *M. du S.*

39. Κατὰ τ᾽ ποιητὴν] Carmen eſt *Homer.* ex Iliad. X. *Virg.* L. XII. Aen. hoc ita interpretatus eſt:

— Nec enim levia aut ludicra petuntur
Praemia, ſed Turni de vita & ſanguine certant.
G. C.

Κατὰ τ᾽ ποιητὴν] Affert eundem locum *Cic.* ad Att. I. 1. f. *M. du S.*

Ibid. Οὐδ᾽ ἱερήϊον] Locum Homeri emendavimus, in quo Eraſmus ἱερῶν *porcellum* verterat, dum legit ἔθεν. *J. B.*

Οὐδ᾽ ἱερήϊον] Il. X, 159. ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην, Ἀρνύσθην, ἅ, τε ποσσὶν ἀέθλια γίνεται ἀνδρῶν. Quae ibi laudat *Clarkius* ſatis firmant interpretationem noſtram ἱερείου, quam *porcellum* reddidere alii. *J. M. G.*

Ibid. Ἱερήϊον] Etſi nihil intereſt quomodo hic legas, ἱερήϊον, an ἱερεῖον, dicam tamen, cur Pariſinae ſoli obtemperaverim, cujus Lectionem non adnotarat *Solanus* noſter. Recepi enim hoc, quia ex *Homero* eſt; at quum verſus non ſit, dices ad rem non verba reſpexiſſe Lucianum. Verum quia illius imitatur dialectum in modo praemiſſo vocabulo βοείη; patet etiam alteram ad eandem eſſe formandam. *J. F. R.*

40. Μύριαι] Eandem cum Luciano ſummam tradit *Philoſtratus* in Theodoto Soph. p. 566. τοὺς μὲ Πλατωνείους, ϗ τοὺς ἀπὸ τ᾽ Στοᾶς ἐ τῷ Θεοπάτου, ϗ αὐτὸν Ἐπίκουρον προσέταξεν ὁ Μάρκ@ τῷ Ἡρώδῃ κρῖναι. Erant quidem ante hunc Imperatorem Athenis Profeſſores, ſed non eo ſtipendio dotati. Idem p. 526. & nott. *Sueton.* Veſp. c. 17. *Primus e fiſco Latinis Graecisque Rhetoribus annua centena conſtituit.* De Philoſophis nihil. Nec ſatis aſſequor quibus rationibus inducti viri quidam doctiſſimi erraſſe in re tam aperta velint utrumque. Aliam tamen ſummam tradit *Tatianus* p. 70. nempe ἑξακοσίους χρυσοῦς, quae ſumma quinta par-

Peripateticorum puto alterum. LYC. Haec, Pamphile, Helena erat, pro qua depugnabant inter se invicem: & hactenus ridiculum illis erat nihil *aliud*, quam quod qui philosophos se dicerent esse, & pecunias contemnere, deinde pro his, tanquam pro patria periclitante, & sacris patriis, & sepulcris majorum suorum, decertarent. PAMPH. Quin etiam hoc dogma est Peripateticis, non valde contemnere divitias, sed tertium quoddam bonum illud quoque putare. LYC. Recte dicis.

Περιπατητικῶν οἶμαι τ' ἕτερον. ΛΥΚ. Αὕτη, ὦ Πάμφιλε, ἡ Ἑλένη, ὑπὲρ ἧς ἐμονομάχουν πρὸς ἀλλήλους· καὶ ἄχρι γε τούτου, ᵉ γελοῖον οὐδὲν ἦν ἐκείνοις, ὡς τὸ φιλοσόφους εἶναι φάσκοντας, χρημάτων καταφρονεῖν· ἔπειτα ὑπὲρ τούτων, ὡς ὑπὲρ πατρίδος καὶ κινδυνευούσης, καὶ ἱερῶν πατρώων, καὶ τάφων προγονικῶν, ἀγωνίζεσθαι. ΠΑΜΦ. Καὶ μὴν καὶ τὸ δόγμα τοῦτό γε ἔστι τοῖς Περιπατητικοῖς, τὸ μὴ σφόδρα καταφρονεῖν χρημάτων, ἀλλὰ τρίτον τι ἀγαθὸν καὶ τοῦτο οἴεσθαι. ΛΥΚ. Ὀρθῶς λέγεις. Φα-

ᵉ Γελοῖον οὐδὲν ἦν ἐκείνοις] Sic Edd. constanter, item M.

parte Lucianeam superat, si Aristophanis *Scholiastes* (p. 741.) valorem aurei justam assignavit. *Cressollius* summam a Luciano traditam 833. aureos Gallicos conficere ait, AG. X. p. 184. [Historia docet stipendia Philosophis ab Antonino Pio, ac M. Aurelio data fuisse. *Capitol.* in illius *vita* p. 21. C. *Rhetoribus*, inquit, *& Philosophis per omnes provincias, & honores & salaria detulit.* Simile quid Marcum quoque praestitisse, haud obscure indicat Dio (LXXI. p. 815.) *Ex quo*, ait, *factum est, ut magna multitudo se philosophari simulaverit, ut ab eo* (Marco) *locupletaretur.* Idem Capitolinus in hujus principis *vita* significat p. 32. C. Vide & *Galenum progn.* t. III. p. 460. Ed. *Bas.* 1538. *Dio* LXXI. p. 814. A. Till. t. II. p. 682. Plura vero *Salmasius* not. ad Capitol. p. 72. de hoc Tatiani loco habet, ubi & Dionis locum citat; unde discimus M. Aurelium ab Oriente redeuntem (circa A. C. 176.) cum Athenis degeret, magnos honores tribuisse Atheniensibus; atque *magistros Athenis* in omni scientiarum genere omnibus gentibus *constituisse, eisque annuum salarium tribuisse:* qui μισθὸς ἐτήσιος erant μυριάδων δραχμαί, ut observat Salmasius, allato etiam hoc ce Luciani loco. „ Μυριάδες autem efficiunt monetae „ Romanae quadraginta sestertia, aureos vero quadringentos, at nostrae coronatos millenos. *Tatianus* tamen Rhetor, qui sub Imp. Marco floruit, & illa aetate vixit quae Philosophis & Rhetoribus „ ab Imperatore constituta sunt salaria, paullo amplioren eorum modum agnoscit. nam ἑτησίους χρυσοῦς δισμυρίους eos in stipendium accepisse dicit; „ quae sexcentorum aureorum summa, non μυριάδες δραχμῶν, sed μυριάδες ἐ δηναρίων continet. Quid igitur statuendum? An τριακοσίους (mendam ei vici subesse oportet, L. σταδίων——) pro δισμυρίους, „ apud Tatianum corrigemus, ut hic numerus aureorum conveniat cum illis μυριάσι Luciani & Philostrati? .... Sed nullis correctionibus opus. Be-

to enim *Lucianum* & *Philostratum* in exprimenda „ illa summa, quae annua dabatur Rhetoribus & Philosophis, breviter ac rotunde μυριάδας dixisse, cum „ tamen darentur μυριάδες ἐ δηναρίων. Sic majorem „ numerum expressisse contenti, minorem & excurrentem neglexerunt, ut rotunde loquerentur. Ita „ etiam optimos quosque auctores loquutos, exemplis non paucis *ad Suetonium* firmabimus, ubi de „ hoc stipendio Rhetorum pluribus agemus". *Myriades* δραχμαὶ talentum efficiebant. Vide *A. Gell.* I. 8. Drachma Attica, & denarius Romanus idem valebant. *Cic.* ad Att. XVI. 5. coll. cum *Dione* XLV. Vide etiam *Plin.* VIII. *Val. Max.* VI. 6. coll. cum *Strab.* V. —. Greaves *of the Denarius.* p. 54. Cl. *Dodwellus* diff. in Irenaeum p. 497. valebunt illa nostrae Anglicanae monetae libras 375. aut circiter (de summa Tatiani, probat enim quae Salmasio placuerant.) *Casaubonus* not. ad Suet. *Oth.* 4. cum observasset ex Suetonii & Taciti collatione, *aureum unum* & *centum nummos* idem esse, locum Eutropii etiam emendat. Adde *Aristid.* Or. IX. t. I. p. 110. quae scripta est circa A. C. 178. V. p. 107. & 118. *Just. Mart.* Apoll. II. (in Ed. I.) p. 55. C. *Philostr.* vit. Sophi. p. 585. & 593. de voce ἀθλα. B.] *Joh. Mass.* Exc. MSS. *M. du S.*

Μύριαι] *Bonosidis decem millia nummorum.* Notavit Frater optimus *G. O. Reitz.* rectius d'*Ablancourt*, & *Bos* de Ellips. *Drachmarum.* *J. F. R.*

43. Τὸν ἕτερον] Bini ergo cujusque sectae videntur fuisse. *M. du S.*

46. Γελοῖον] Corruptum arbitror, scriptumque a Luciano γελοῖον οὐδὲν ἦν ἐκείνοις. *M. du S.*

47. Χρημάτων καταφρονεῖν] Εἰς Ἀριστοτέλην ἀποτείνει, qui pecuniam efficit μισθὸν ἐ εὐδαιμονίας. *J. B.*

53. Τρίτον τι ἀγαθὸν] Conf. supra de *Salt.* §. 70. *M. du S.*

φασὶ γὰρ ἦν ταῦτα. ἢ καὶ τὰ πάτρια ἐγίγνετο αὐτοῖς ὁ πόλεμος.

55 Aiunt scilicet ista, & ex patria disciplina bellum ab iis gestum est.

Τὰ μὲν ταῦτα δὲ, ἤδη ἄκουε. πολλοὶ μὲν γὰρ καὶ ἄλλοι, τὸ ἐπιτάφιον τῷ τεθνεῶτι ἐκείνῳ ἠγωνίζοντο. δύο δὲ μάλιστα ἦσαν οἱ ἀμφήριστοι αὐτῷ, Διοκλῆς τε ὁ πρεσβύτης, οἶσθα ὃν λέγω, τὸ ἐριστικὸν, καὶ Βαγώας ὁ εὐνοῦχος εἶναι δοκῶν· τὰ μὲν οὖν τῶν λόγων προηγώνιστο αὐτοῖς, καὶ τὴν ἐμπειρίαν ἑκάτερος τῶν δογμάτων ἐπεδεδείκτο, καὶ ὅτι τῷ Ἀριστοτέλους, καὶ τῶν ἐκείνῳ δοκούντων, εἰς ἄκρον ἐκέκλητο· καὶ μὰ τὸν Δί', οὐδέτερος αὐτοῖν ἀμείνων ἦν.

4. Quae autem post consecuta sunt, jam audi. Multi enim alii quoque in funebribus defuncti ludis pugnabant. Duo autem maxime erant, quorum anceps certamen, Diocles senex, nosti quem dico, contentiosum illum: & Bagoas, qui putatur eunuchus. Ac doctrinae certamen jam ante certatum illis fuerat, peritiamque dogmatum uterque demonstraverat, seque Aristoteli ejusque sententiis addictum esse. Et sane neuter illorum erat melior.

Τὸ δ' ἦν τέλος τῆς δίκης ἐς τοῦτο περιέστη· ἀφέμενος γὰρ ὁ Διοκλῆς τοῦ δεικνύναι τὰ αὐτοῦ, μετέβαινε ἐπὶ τὸν Βαγώαν, καὶ διελέγχειν ἐπειρᾶτο μάλιστα τὸν βίον αὐτοῦ· καὶ ταυτὰ δὲ καὶ ὁ Βαγώας, ἀντεξήταζε τὸν ἐκείνου βίον. ΠΑΜΦ. Εἰκότως, ὦ Λυκῖνε· καὶ τὰ πλείω γε τοῦ λόγου περὶ τούτου μᾶλλον ἐχρῆν εἶναι αὐτοῖς· ὡς ἔγωγε, εἰ δικάζων ἐτύγχανον, ἐπὶ τοῦ τοιούτῳ τὸ πλεῖον διατρίψαι ἂν μοι δοκῶ, τὸν ἄμεινον βιῶντα μᾶλλον, ἢ τὸν ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῖς προχειρότερον ζητῶν, καὶ οἰκειότερον τῇ νίκῃ νομίζων.

5. Finis ergo causae huc evasit. Diocles omisso ostendere sua *merita*, ad Bagosm transiit, & vitam maxime illius reprehendere tentavit: eadem ratione vero etiam Bagoas contra in illius vitam inquisivit. PAMPH. Merito illud quidem, Lycine: ac major pars orationis versari illis circa hoc potius debebat. Equidem si judex essem, in hoc praecipue immoraturus mihi videor, quaeramque potius, uter melius vixerit, quam qui promtior sit oratione, eumque magis affinem victoriae judicem.

ΛΥΚ. Εὖ λέγεις, καὶμὲ ὁμόψηφον ἐν τούτῳ ἔχεις. ἐπεὶ δὲ ἄλλως μὲ εἶχον βλασφη-

6. LYC. Bene dicis: meque ea in re suffragantem tibi habes. Cum vero satis ha-

α Τὸν] Τῶν male F. Τὸν recte cett. & M.

55. Καὶ κατὰ τὰ πάτρια ἐγίγνετο] Εἰς * Ἀριστοτέλους δόκησιν, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς μάθοις· ἐδιδάσκοντο τάδε τοῖς. V.

60. Ἀμφήριστοι] Ἐπιφιλόνικοι. V.

* Ἀριστοτέλους] Salm. vulgatum hunc morem in Ἀριστοτέλη, sine auctorit male. Nam etsi utrovis more dici potest, ut vid. ad de Salt. §. 21. vers. 23. in Ἄρη, tamen Ἀριστοτέλους quam Ἀριστοτέλη. Vid. Diog. Laërt. L. V. §. f. & 8. m. & 10. Δημοσθένους. Quamvis ibidem 12. Ἀριστοκλέα, Δοτίλα, & 18. 19. Διογένη, Σωκράτη accusativo casu occurrat. J. F. R.

60. Διοκλῆς — Βαγώας] Nomina haec ut ficta esse credam, facit hoc posterius, quod omnium Eunuchorum commune est. M. du S.

61. Βαγώας] Barbara lingua significat Eunuchum; quin Ovid. de Amorib. servum puellae custodem Bagoum appellat: *Quem penes ipse Dominam servandi cura Bagoum.* G. C.

Βαγώας] In Libro Apocryph. Judith. c. 12. & 13. sic quoque vocatur cubicularius Ducis Holophernis. J. F. R.

84. Μηδὲ τὸν ἀρχὸν θεμένου τίνος] Neque principio fas esse. Quam potest quaeso sententiam habere illud inceptissimum Benedicti principium? Longe verius ac manifestius Erasmus *nefas esse vel conari aut proponere Bagoam.* Hoc enim vult, prorsus esse nefas eum id velle. J. G.

88. Ἐμοῦ

haberent conviciorum & criminum, denique jam negavit Diocles, omnino fas esse Bagoae tractare philosophiam, & praemia illius affectare, qui eunuchus sit: tales vero non modo his rebus excludendos affirmavit, sed sacris ipsis, & lustralibus vasis, & communibus universis coetibus; ostendens inauspicatum & abominabile spectaculum, si quis mane domo egressus, talem quendam viderit. Et fuit illi multus hac de re sermo, cum neque virum neque feminam esse eunuchum diceret, sed compositum quiddam, & mixtum & prodigiosum, & a natura humana abhorrens. PAMPH. Novum crimen narras, Lycine, jamque ipse ad risum, sodalis, adducor, inexspectatam accusationem audiens. Quid igitur alter? Numquid quievit? an ipse quoque contra haec dicere quidquam ausus est?

μιῶν, ἄλις δὲ ἐλέγχων, τὸ τελευταῖον ἤδη ὁ Διοκλῆς ἔφη, μηδὲ ἢ ἀρχὴν ἀμύητον εἶναι τοῦ Βαγώα [b] μεταποιεῖσθαι φιλοσοφίας, ἢ τῶν ἐπ' αὐτῇ ἀριστείων, εὐνοῦχῳ γε ὄντι, ἀλλὰ τὰς τοιούτους οὐχ ὅπως τούτων ἀποκλείειν ἠξίει, ἀλλὰ καὶ ἱερῶν αὐτοῖς, καὶ περιῤῥαντηρίων, καὶ τῶν κοινῶν ἀπάντων συλλόγων, δυσοιώνιόν τι ἀποφαίνων, καὶ δυσάρτητον θέαμα, εἴ τις ἕωθεν ἐξιὼν ἐκ τῆς οἰκίας, ἴδοι τοιοῦτόν τινα. καὶ πολὺς ἦν ὁ περὶ τούτου λόγος, ὅτε ἄνδρα οὔτε γυναῖκα εἶναι τὸν εὐνοῦχον λέγοντος, ἀλλά τι σύνθετον, καὶ μικτὸν, καὶ τερατῶδες, ἔξω τῆς [d] ἀνθρωπείας φύσεως. ΠΑΜΦ. Καινόν γε τὸ ἔγκλημα φῂς, ὦ Λυκῖνε, καὶ ἤδη γελᾶν καὶ αὐτός, ὦ ἑταῖρε, προάγομαι, τὴν ἀδοξίαν ταύτης καταγνοὺς ἀκοῆς. τί δ' οὖν ἕτερος; ἆρα τὴν ἡσυχίαν ἤγαγεν; ἢ τί πρὸς ταῦτα καὶ αὐτὸς ἀντειπεῖν ἐτόλμησε;

7. LYC. Primo quidem prae pudore, ac metu, quod familiare his est, multum tacebat, aestuabat, & manifeste sudabat: tandem vero tenue quiddam sonans ac muliebre, inique facere dixit Dioclem, qui philosophia arceat eum qui sit eunuchus, quam mulieres etiam vindicare sibi possint, addu-celsanturque Aspasia, ac Diotima, & Thar-

ΛΥΚ. Τὰ μὲν πρῶτα ὑπ' αἰδοῦς, καὶ δουλίας (οἰκεῖον γὰρ αὐτοῖς τὸ τοιοῦτον) ὑπερπολὺ ἐσιώπα, καὶ ἠρυθρία, καὶ ἱδρῶτος φανερὸς ἦν· τέλος δὲ λεπτόν τι καὶ γυναικεῖον [e] ἐμφθεγξάμενος, ἀδίκαια ποιεῖν ἔφη τὸν Διοκλέα, φιλοσοφίας ἀποκλείοντα, εὐνοῦχον ὄντα, ἧς καὶ γυναιξὶ μετεῖναι· καὶ παρήγαγε Ἀσπασίαν, καὶ Διοτίμαν, καὶ Θαργηλίαν, συνη-

b Μεταποιεῖσθαι] Nihil mutare *J. Fl. H. P. S.* notat *M. du S.* *c* Αὐτῶν] Sic recte *Fl.* & *P.* Αὐτῶν *J.* male *d* Ἀνθρωπείας] Ἀνθρωπίας *J.* Sed prius est in *Fl. H. P.* & M. *e* Ἐμφθεγξάμενος] Hanc esse constantem lectionem notat *M. du S.*

85. Μεταποιεῖσθαι] Ἀντιποιεῖσθαι. *V.*

88. Ἱερῶν αὐτῶν] Sunt qui ex verbis Deut. XXIII. 1. idem apud Judaeos obtinuisse existiment. Sed errant. Vide quid vir eximius *Humphredus Prideaux* ea de re afferat Hist. suae L. VI. Partis I. p. 400. Ed. Angl. minoris. Gallicae vero T. II. p. 265. *M. du S.*

89. Περιῤῥαντηρίων] *Vasa lustralia* vertit Cl. *Hemst.* in Dial. *de Sacrif.* c. 13. p. 536. T. I. *J. F. R.*

91. Δυσάρτητον θέαμα] Vid. *Thes. Cr.* II. 509. & nostrum Ἐρωτ. c. 39. & Ἀποφρ. c. 17. *M. du S.*

11. Ἀσπασία] Milesia, Periclis praecipue amoribus nota: de qua & sequentibus consule *Menagium* in eo libro quem *de feminis philosophis* edidit. Lucianus iterum meminit Εἰκ. c. 17. Duas agnoscit Scholiastes *Aristophanis* p. 396. quem sequitur *Suidas*. Quin ipse *Plutarchus* docet posterioris, quae Cyri junioris concubina erat, verum nomen fuisse *Milto*, in v. Pericl. p. 301. *M. du S.*

ibid. Διοτίμα] Vid. *Menag.* De qua noster Εἰκ. c. 18. *M. du S.*

Ibid. Θαργηλία] Vid. *Loid.* Diction. & *Plut.* Pericle 300. *M. du S.*

συμπαρόντων αὐτῷ καὶ τοῦ Ἀκαδημαϊκοῦ εὐνούχου [a] ἐκ Κελτῶν, ἀλύγου πρὸ ἡμῶν εὐδοκιμήσαντος ἐν τοῖς Ἕλλησιν. ὁ Διοκλῆς δὲ κἀκεῖνον αὐτὸν, [b] εἰ θέλοι, καὶ τὰ ὁμοίως μαίνεσθαι ἐδίδασκεν, εἴπερ ἦν, καὶ καλαπλαγεὶς αὐτῷ τοῖς πολλοῖς δόξαν· καί τινας καὶ αὐτὸς [c] ἀπεμνημόνευε λόγους, [d] καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐκ τε Στωϊκῶν καὶ Κυνικῶν μάλιστα εἰρημένους πρὸς τὸ γελοιότερον, ὅτι τῷ ἀτελεῖ τοῦ σώματος.

gelia, quae causam ipsius juvarent; atque aliquis Academicus e Gallia eunuchus, qui paullo ante nostram aetatem inter Graecos floruerit. At Diocles illum ipsum quoque, siquidem fuisset, & eadem tractasset, arcebat, nihil commotus ipsius apud vulgus gloria: & quaedam ipse memorabat dicta, in illum quoque a Stoicis, & Cynicis maxime, ridicule in corporis illud vitium jacta.

Ἐν τούτοις ἦν τοῖς δικασταῖς ἡ ἀγαθὴ καὶ τὸ κεφάλαιον ἤδη τοῦ σκέμματος τοῦτο ἐτύγχανεν [e] ὄν, εἰ δοκιμαστέος εὐνοῦχος ὅτι φιλοσοφίαν [f] παρελθὼν καὶ νέων προστασίαν ἐγχειρισθῆναι [g] ἀξιοῖ· τοῦ μὲν καὶ σχῆμα καὶ σώματος εὐμοιρίαν προσεῖναι φιλοσόφῳ δεῖν λέγοντος, καὶ τὸ μέγιστον, πώγωνα βαθὺν ἔχειν αὐτόν, καὶ τοῖς προσιοῦσι καὶ μανθάνειν βουλομένοις ἀξιόπιστον, καὶ πρέπουσα ταῖς [h] μυρίαις, ἃς χρὴ παρὰ βασιλέως ἀποφέρεσθαι· τὸ δὲ τοῦ εὐνοῦχου, καὶ τῆς βακχίλου χεῖρον εἶναι. τοὺς μὲν γὰρ κατὰ

8. In his agebant judices, & caput caussae jam in eo vertebatur, probandusne esset eunuchus, philosophiam profiteri, & adolescentium praefecturam sibi demandari postulans? altero dicente, Habitum & integritatem partium omnium corporis inesse philosopho debere, praesertim, prolixam eum barbam habere, quae fidem ei apud accedentes & discere volentes, auctoritatemque praestet, dignam denique decem millibus, quae ab imperatore acciperet. Eunuchi vero conditionem, exsectorum etiam statu deteriorem. Hos enim tamen aliquan-

a Ἐκ Κελτῶν] In M. erat in margine Γρ. ἐκ Παλαιστίνης τάλα. Sed in textu recte, ut hic, Κελτῶν. Nec quidquam mutat *Fl.* b Εἰ θέλοι] Ita restitutum ex *L.* & *Fl.* Εἴπερ ἦν sine commate Edd. vulgo. c Ἀπεμν.] Sic *Fl. H. P.* &c. & M. Ἐπεμν. *F.* d Καὶ] Et illud καὶ adesse in *H. Fl.* & *P.* notat *M. du S.* e Ὄν] Εἶναι W. male. f Παρελθὼν] Παραλθὼν *Vorst.* At vulgat. servant *H. P. B2. Fl.* Παραγγέλλειν W. Sed fuit prius σ—ων. g Ἀξιοῖ] Nil mut. *F. B2. P. Fl.* & M. h Μυρίαις] *Coll.* videntur legisse μισθοφορίαις. Sed vulgatam servant *H. F. Fl. P.* & M.

31. Πρέπουσα ταῖς μισθοφορίαις] *G.*

* Γυναικώδης] Ἢ ὁ τετμημένος τὰ αἰδοῖα. *G.*

33. Βασιλέως] Βασιλέως μόνης, ἀνάγκη, * γυναικώδης. *V.*

12. Τις — Εὐνοῦχος] *Phavorinum* hisce designat, qui & ipse Eunuchus cum esset, adulterii caussam dixit; teste *Philostrato* in Soph. vit. p. 489. (erat enim etiam Sophista Phavorinus) de quo vide Δήμων. c. 13. & *Xiph.* 257. B. in Adr. & *Plut.* 1307. 2. f. Ubi autem legerit *Muretus* in adulterio deprehensum, nescio; nisi forte deceptus. Variar. Lectt. X. 11. vid. not. ad c. 10. *M. du S.*

Ibid. Ἀκαδημαϊκὸς] Pro ἀκαδημαϊκὸς recte, vid. supra, 2. *Ver. Hist.* c. 18. Et *Piscat.* c. 43. f. Item infra *Icarom.* c. 25. f. *J. F. R.*

13. Εὐνοῦχος ἐκ Κελτῶν] Intelligit Arelatensem Philosophum Favorinum, de quo in vita Demonactis. *J. B.*

Εὐνοῦχος ἐκ Κελτῶν] Vid. *Philostr.* vitt. Sophistarum I. 8. de *Favorino* praedicantem, eum utriusque sexus participem natum, & ex viro ac muliere compositum fuisse. Et mox ibid. quod *Gallus* cum esset, tamen Graece loqueretur. Sed hermaphroditum fuisse ex Philostrati descriptione colligendum dixeris; nisi ibidem *Eunuchum* illum vocaret, addens: mirandum, Εὐνοῦχος ἐν μουσείοις κρίνεται. Videtur autem per jocum sic vocari, quod voce & glabritie Eunuchum referret; sive quod a natura esset sterilis, non castratus. Conf. *Olearii* notas ad Philostr. qui Luciani aliquot loca ex *Demon.* & *Eunuch.* cum Philostrato comparat. *J. F. R.*

15. Εἴπερ ἦν ἐ τοῦ ὁμοίως μαίνεσθαι] *Henricus Valesius* ὁ μάταιος ad Excerpta e Dione notavit corrigendum εἰ θέλοι, & quidem peropportune. Sed quod mi-

quando expertos esse virilitatem; hunc autem ab initio statim abscissum, & ambiguum quoddam animal esse, cornicum instar, quae neque in columbis neque in corvis numerentur.

9. Altero autem contendente, Non corporis hoc esse judicium, sed robur animi spectari, & examen mentis oportere fieri, atque scientiae dogmatum: tum Aristoteles citabatur testis ejus orationis, qui supra modum admiratus sit Hermiam eunuchum, Atarnensem tyrannum, usque eo, ut etiam illi eodem modo quo Diis rem sacram faceret. Quin etiam illud adjicere ausus est Bagoas, Multo aptiorem esse adolescentibus eunuchum magistrum, in quo neque haerere aliqua illorum respectu calumnia possit, neque Socratis illud crimen locum habere, quasi corrumperet adolescentulos. Cumque in mentum imberbe in primis jacta quaedam essent, lepide hoc, ut sibi quidem videbatur, adjecit. Si, enim, inquit a

πεπειρᾶσθαί τοῦ ἀνδρείας, τοῦτον δὲ ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ἀποκεκόφθαι, καὶ ἀμφίβολόν τι ζῷον εἶναι καὶ ταυτὰ ταῖς κορώναις, αἳ μήτε περιστεραῖς, μήτε κόραξιν ἐναριθμοῖντο ἄν.

Τοῦ δὲ σωμαλικὴν λέγοντος εἶναι τὴν κρίσιν, ἀλλ' ἀλκὴν ψυχῆς, καὶ τὴν γνώμης ἐξέτασιν δεῖν γίγνεσθαι, καὶ τὴν τῶν δογμάτων ἐπιστήμης. εἶθ' ὁ Ἀριστότελης ἐκαλεῖτο μάρτυς τοῦ λόγου, εἰς ὑπερβολὴν θαυμάσας [k] Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐκ τοῦ Ἀταρνέως τύραννον, ἄχρι τοῦ καὶ θύειν αὐτῷ κατὰ ταυτὰ τοῖς θεοῖς. καίτοι καὶ ἑτοίμα προστιθέναι ὁ Βαγώας τοιοῦτον, ὡς πολὺ ἐπιτηδειότερον εὐνοῦχον τοῖς νέοις διδάσκαλον, εἰδὲ ἀφορμήν τινα πρὸς αὐτὸν ἐνδέξασθαι ὀδυνάμην, εἰδὲ τοῦ Σωκράτους ἐκεῖνο ἔγκλημα παθεῖν ἄν, ὡς διαφθείρων τὰ μειράκια. ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς τὸ ἀγένειον μάλιστα ἐσκώφθη, χαριέντως τοῦτο ὡς γοῦν ἔφετο, προσέρριψεν. εἰ γάρ, ἔφη, πώγων, βα-

[i] Ζῶον] Ζῷον W. cum puncto subscripto. [k] Ἑρμείαν] Sic etiam *F. P. H. Fl.*

42. Εἶθ' ὁ Ἀριστότελης] Γράφε ὁ Θεμιστοκλῆς. *V.*

mirari cogor, quum in nostris exemplaribus sic vulgo legatur, ut citavi; tum nosse oportet egregium *Brissonium* libro 11. de regno Persarum, ubi primus illustrat hunc Luciani locum, docetque Favorinum esse illum Academicum philosophum, non aliter producere hunc locum, quam prout emendat *Valesius*. *J. G.*

Εἰ δὲ δὴ] L. & Ed. *Fl.* uti conjecerant *Valesius* & *Brissonius*. Ante an. Chr. 163. obiisse *Phavorinum* ex *Galeno*, Progn. T. III. p. 455. colligit vir Clariss. *Joh. Masson*, Exc. ined. *M. du S.*

18. Καὶ πρὸς] Mallem illud καὶ abesse, non modo quia ab καί τινας, ad versum inde duodecimum usque, duodecies repetitum καὶ legas; sed quia καί τινας ἐ αὐτὸς jam pleonasmus est, (qualis rursus c. seq. & saepe supra) & post καὶ πρὸς ἐκεῖνον non sequitur alius accusativus similis. Sed non solus est Lucianus qui repetita hac conjunctione gaudet; verum & *Aelianus* aliique, vid. modo *Ael.* L. III. 1. Ubi in part. posteriore capitis singulis versibus incredibilem in modum repetitur. Sic & *Alciphr.* L. 2. ep. 1. duodecies καὶ habet intra 14. versus; licet alioqui non semper ita prodigus sit hujus conjunctionis. *J. F. R.*

25. Παραλθεῖν — ἀξιῶν] *Vorstius* pro παραλθεῖν in suo Codice rescripsit παραλθὼν, uti & in W. prius fuit, nunc autem ὦ διαγγίλλειν. Sed ne sic quidem sanus locus est. Ego in ἀξιῶν mendum esse suspicor, quod tamen in omnibus reperio, legendumque ἄξιος. *M. du S.*

44. Ἑρμείαν] Vide *Suidam*, qui Ἑρμίαν, falsis rationibus ductus, scribendum contendit. Imperitabat is parti Mysiae sub rege Persarum, vide quos ibi laudat doctissimus Editor, *Laërt.* V. 3. p. 114. D. & 116. E. & *Athen.* XV. 696. Unde autem habuerit Bagoas, cultum ab Aristotele Hermiam, non satis constat: sed arripuisse videtur calumniam, de qua ibi *Laërtius*, & *Athenaeus* l. c. *M. du S.*

Ibid. Τοῦ Ἀταρνέως τύραννον] In marg. *Md.* 1. additum erat: „ Vid. *Suidam*. Meminit & *Strabo* L. XIII." Consule igitur illum p. 614. (vel 913.) ubi ait: Ἀταρνεὺς δ' ἐστὶ τὸ τοῦ Ἑρμείου τυραννεῖον. *Atarneus est Hermeiae tyranni regia*: cujus historiam *Xyland.* dedit ante, in nott. ad *Strab.* *J. F. R.*

51. Διαφθείρων] At ne erres, Socrati vivo nemo hoc crimini dare ausus est. Vide supra ad Β. πρωτ. c. 15. *M. du S.*

βαθέα χρῆναι δέοι τὰς φιλοσόφους, τράγον ἂν δικαιότερον προκριθῆναι πάντων.

Ἐν τούτῳ τρίτος ἄλλος παρεισῆλθε (τὸ δὲ ὄνομα ἐν ἀφανεῖ κείσθω) καὶ μήν, ἔφη, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὗτοί γε τὰς γνάθους λείους, καὶ τὸ φώνημα γυναικεῖον, καὶ τἄλλα εὐνούχῳ ἐοικὼς, εἰ ἀποδύσαιτο, πάνυ ἀνδρεῖος ὑμῖν φανεῖται· εἰ δὲ μὴ ψεύδονται οἱ περὶ αὐτοῦ λέγοντες, [a] καὶ μοιχὸς ἑάλω ποτὲ, ὡς ὁ [b] Ἄξων φησὶν, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχων· ἀλλὰ τότε μὲν ἐς τὸν εὐνοῦχον ἀναφυγὼν, καὶ τοῦτο καταφύγειον εὐρόμενος, ἀφείθη, ἀπιστησάντων τῇ καλλιγορίᾳ τοῦ τότε δικαζόντων, ἀπό γε τοῦ φανερᾶς ὄψεως. νῦν δὲ καὶ παλινῳδῆσαί μοι [c] δοκεῖ, τοῦ προκειμένου μισθοῦ ἕνεκα.

Τούτων δὴ λεγομένων, ὡς ἐπὶ πάντων μέγας ἐγίγνετο, ὡς τὸ εἰκός. Βαγώας δὲ μᾶλλον ἐταράττετο, καὶ παντοῖος ἦν ἐς μυρία τραπόμενος χρώματα, καὶ ψυχρῷ [d] τῷ ἱδρῶτι ῥεόμενος, καὶ ὅτε συγκαλαττέσθαι τῷ τῆς μοιχείας ἐγκλήματι καλῶς ἔχειν ᾤετο, ὅτε ἀχρεῖον αὐτῷ τὴν καλλιγορίαν ταύτην ἐς τὸν παρόντα ἀγῶνα ἡγεῖτο εἶναι. ΠΑΜΦ. Γελοῖα, ὦ Λυκῖνε, ὡς ἀληθῶς ταῦτα, καὶ ἔοικεν ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν ὑμῖν ἡδονὴν παρεσχῆσθαι. τὸ δ' ἐν τέλει τι ἐγένετο, καὶ πῶς ἔγνωσαν ὑπὲρ αὐτοῦ οἱ δικασταί;

ΛΥΚ. Οὐχ ὁμόψηφοι πάντες ἦσαν,

barba prolixa judicari philosophos oporteat, caprum justius praeferri omnibus.

10. Inter haec tertius alius superveniens, cujus nomen in obscuro relinquatur, Verum tamen, inquit, judices, iste levibus genis, muliebri voce, & reliqua eunucho similis, si exuatur, virilis valde vobis videatur. Si vero non mentiuntur, qui de isto narrant, etiam moechus aliquando deprehensus est, membra, quod ait tabula Solonis, in membris habens. Sed tum quidem ad eunuchum se recipiens, invento illo perfugio, absolutus est, fidem crimini, qui tum judicabant, negantibus, ex specie manifesta: jam vero etiam retractaturus mihi videatur propositae mercedis caussa.

11. His vero dictis, omnium quidem risus, ut facile est ad existimandum, ortus est. Bagoas vero magis etiam est perturbatus, in mille formas atque colores versus, frigidoque sudore diffluens: qui neque honestum putaret adulterii crimen non refutando fateri, neque vero inutile sibi crimen ad praesens certamen judicaret. PAMPH. Ridicula profecto ista, quaeque non vulgarem vobis oblectationem videantur praebuisse. Sed quid tandem factum est, & quomodo judices de illis decreverunt?

12. LYC. Non in eadem omnes erant sen-

a Καὶ μοιχὸς] Nihil mut. *Fl. J. H. Bz. P. M.* ὅτι legend. adscripsi. *Solan.* b Ἄξων] Sic minore a *Fl.* Cett. Ἀξών majore. c Δοκεῖ] Hoc ex *Fl.* & W. est. Δοκῇ Edd. vulgo. d Τῷ ἱδρῶτι] Desunt haec duo male in *Fl.* Adsunt in cett. Item in M. & P. e Τῷ τῆς μοιχείας] Τῷ περὶ τῆς μοιχ. W.

64. Ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχων] Καταμέμφεται τοῦτο, καὶ ὃ φασὶ οἱ ἰδιῶται φύσιν πρὸς φύσιν. *V.*

79. Οὗτοι] Miror quid hic in mentem venerit viris doctissimis *Vossio* & *Gott. Oleario*, cur de Phavorino hic sermonem esse somniarent. De Bogoa enim haec manifeste dicuntur. Vide hujus not. 6. ad *Philostrat.* de Vit. Soph. L. I. c. VIII. 1, Hic locus male intellectus Mureto etiam videtur causam erroris praebuisse, de quo ad cap. 7. *M. du S.*

63. Καὶ μοιχ.] Lege ὅτι, vel ὅτι ἓν μοιχός. *M. du S.*

64. Ἄξων φησὶν] Axo leges Solonis, ut patet apud *Laërtium* in Pitt. & in Solon. Interpr. Apollinaris lib. 4. *Suid.* Scholiast. *Aristophan.* Νεφελ. *Pollux*, ut Rhetra Lycurgi. *J. B.*

Ἄξων] Vide *Gell.* II. 12. *A. V.*

Ibid. Ἄρθρα ἐν ἄρθροις] Καταμέμφεται τοῦτο, καὶ ὃ φασιν οἱ ἰδιῶται, φύσιν πρὸς φύσιν. *J. B.*

80. Τυχοῦσιν] Vid. not. supra ad *Pisc.* c. 17. *J. F. R.*

90. Ὀπυίειν] Ὀπυιάειν. *F. G.* Secutus sum scripturam Cod. W. & Ed. *Fl.* ac monentem *Gujetum*, quia sic recte

sententia, sed alii postulabant illum exutum instar mancipiorum inspicere, posseine, quantum quidem ad testiculos, philosophari? alii, magis ridicule arcessitis quibusdam de lupanari mulierculis, jubere illum congredi, & inire, & judicum aliquem, aetate maximum & fide dignissimum adsistere, ac, num philosophetur, videre. Postea vero, cum risus occupasset omnes, & nemo esset cui non concussa dolerent ilia, decreverunt rejicere & remittere causam in Italiam.

13. Et nunc alter quidem ad eruditionis ostentationem ut aiunt, exercet se & comparat, & accusationem componit, & adulterii crimen movet, maxime sibi contrarium: isque more malorum causidicorum hoc agit, & inter viros adversarium suum hoc ipso crimine recensetⁱ. Bagoae autem alia, ajunt, cura tenet, & pro viro se gerit frequenter, & prae manu rem habet, & denique superaturum se sperat, si ostendat, nihilo se asinis, qui equas ineunt, deteriorem. Illud enim, sodalis, optimum videtur Philosophiae criterium esse, haec demonstratio cui contradici nihil possit. Itaque filium (est autem mihi admodum juvenis) optaverim, non mentem neque linguam, sed verecundam partem philosophiae aptam habere.

ἀλλ' οἱ μὲ ἠξίουν ἀποδύσαντας αὐτὸν, ὥσπερ τοὺς ἀγυρώνητους ἐπισκοπεῖν, εἰ δύναιτο φιλοσοφεῖν τάγε πρὸς τὴ ὄρχεων· οἱ δὲ ἔτι γελοιότερον μίσθωτιλαμβύας τινὰς τῆ ἐξ οἰκήματος γυναικῶν, κελεύειν αὐτὸν συνεῖναι, καὶ [g] ὀπυίειν, καὶ τινα τῶν δικαστῶν τὸν πρεσβύτατόν τε καὶ πιστότατον ἐφεστῶτα ὁρᾶν εἰ φιλοσοφεῖ. [h] μὲ δὲ ἐπεὶ πάντας γέλως κατεῖχε, καὶ οὐδεὶς ὅτις οὐ τὴ γαστέρα ἤλγει βρασσόμενος ὑπ' αὐτῶ, ἔγνωσαν ἀναπόμπιμον εἰς τὴν Ἰταλίαν ἐκπέμψαι τὴν δίκην.

Καὶ νῦν ἄτερος μὲ πρὸς τὴν τῶν λόγων ἐπίδειξιν, ὥς φασι, γυμνάζεται, καὶ παρασκευάζεται, καὶ καλήγοριαν συγκροτεῖ, καὶ τὸ τῆ μοιχείας ἔγκλημα ὑποκινεῖ, ἐναντιώτατον αὐτῶ καὶ ὅτος τοὺς φαύλους τῶν ῥητόρων τοῦτο ποιῶν, καὶ εἰς τοὺς ἄνδρας τὴν ἀντίδικον ἐκ τοῦ ἐγκλήματος καλαλέγων. στῶ Βαγώα δὲ ἕτερα, ὥς φασι, μέλει, καὶ ἀνδρίζεται τὰ πολλὰ, καὶ ἀφ' χειρὸς ἔχει τὸ πρᾶγμα, καὶ τέλος, κρατήσειν ἐλπίζει, ἢν ἐπιδείξῃ ὡς οὐδὲν χείρων ἐστὶ τῆς ἵππους ἀναβαινόντων ὄνων. αὕτη γὼ, ὦ ἑταῖρε, φιλοσοφίας δοκεῖ κρίσις εἶναι, καὶ ἀπόδειξις ἀναντίλεκτος. ὥστε καὶ τὸν υἱὸν (ἔτι δέ μοι κομιδῆ νέος ἐστὶν) εὐξαίμην ἂν, ὃ τὴν γνώμην, οὐδὲ τὴν γλῶτταν, ἀλλὰ τὸ αἰδοῖον ἕτοιμον εἰς φιλοσοφίαν ἔχειν.

[f] Οἰκήματος] Et hoc habent *J. Fl. H. Ba. P.* & *M.* notat *M. du S.* [g] Ὀπυίειν] Sic *W.* & *Fl.* Ὀπύειν vulgo. [h] Μὲ δὲ] Et sic esse in *J. H.* & *Fl.* &c. notat *Solan.*

87. Τάγε πρὸς τὴν ὄρχεων] Βάλλ' εἰς κόρακας, μιαρὲ, εἰ τοῦτο φιλοσοφεῖν ἔγνωκας. *V.*

6. Ἀνδρίζεται] Ἀνδρίζω, τὸ ἀνδρός τι ποιῶ. *V.*

recte scribitur, etsi futurum est οἰσύσω sine ι. vid. *Aristoph.* Acharn. 254. In *Pollucis* Onom. V. segm. 92. οἰσύω quoque est editum. Sed in Indice οἰσύω tamen expressum. *J. F. R.*

95. Ἀναπόμπιμον εἰς τὴν Ἰταλίαν ἐκπέμψαι τὴν δίκην] Que la cause fut renvoyée en Italie. *J. B.*

11. Τὸν υἱὸν] Athenis hoc scriptum est: vide finem c. 12. sed an inde uxorem duxerit, incertum. *M. du S.*

[a]ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΣΤΡΟΛΟΓΙΗΣ.

ΑΜΦΙ τε ὑρανῦ, ἀμφὶ τε ἀστέρων ἡ γραφή· οὐκ [b]αὐτέων ἀστέρων, οὐδ' [c]αὐτέου περὶ ὑρανῦ, ἀλλὰ μαντείης, καὶ [d]ἀληθηίης, ἣ δὴ ἐκ τουτέων ἐς ἀνθρώπων βίον ἔρχεται. ὁ δέ μοι λόγος οὐκ ἐπαθημοσύνην ἔχει, οὐδὲ διδασκαλίην ἐπαγγέλλεται ὅκως ταύτῃ μαίλοσύνην διεκτέον, ἀλλὰ μέμφομαι ὁκόσοι σοφοὶ ἐόντες, τὰ μὲν ἄλλα ἐπασκέουσι, καὶ [f]πᾶσι τοῖς ἑωυτέων ἀπηγέονται· μούνην δ' ἀστρολογίην οὔτε τιμέουσιν, οὔτ' ἐπασκέουσι.

Καὶ ἡ μὲν σοφίη παλαιὴ, οὐδὲ νέον ἐς ἡμέας [g]ἀπίκετο, ἀλλ' ἔστιν ἔργον ἀρχαίων [h]βασιλήων, θεοφιλέων. οἱ δὲ νῦν, ἀμαθίῃ καὶ ῥαθυμίῃ, καὶ προσέτι μισοπονίῃ, κείνοισι

DE ASTROLOGIA.

DE coelo deque ſtellis haec ſcriptio eſt: non ipſis de aſtris, ipſo de caelo, ſed de divinatione ac veritate, quae ab hiſce ad hominum vitam pervenit. Neque vero praecepta hic libellus habet, neque diſciplinam promittit, quomodo excellere hac divinatione quis poſſit, ſed reprehendo; quotquot docti cum ſint, alia quidem exercent, & ſuis omnibus enarrant, ſolam autem aſtrologiam neque honorant, neque exercent.

2. Ac ſapientia quidem *hujus rei*, antiqua, neque recens demum ad nos venit; ſed opus eſt antiquorum regum Dis carorum. Verum qui nunc ſunt, inſcitia & ſocordia, atque inſuper laboris odio, cum contraria il-

a ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΣΤΡ.] M. ſolus articulum habet. Ἀστρολογίης autem recte *Coll.* & *Fl.* Ἀστρολογίας cett. Edd. male. b Αὐτέων] Ex emend. *Solani.* Αὐτῶν Edd. priores. c Αὐτέου] Αὐτοῦ Edd. priores. d Ἀληθηίης] Ex emend. *Fenſii.* Ἀληθείης enim Edd. priores & M. e Διεκτέον] Nil mut. Edd. & M. f Πᾶσι] Forſan πασὶ adſcripſ. *M. du S.* g Ἀπίκετο] Ἀφίκετο Edd. priores. h Βασιλήων] Βασιλέων W. & *Fl.* ſola.

ΑΣΤΡΟΛΟΓ.] Γρ.αι Ἀστρολογίης. *G.*

ΑΣ—ΗΣ] Coll. & *Fl.* Reliquae Edd. Α—ας. (Non eſt Luciani) *Kuſt.* Immo vero Luciani foetus genuinus, uti & de Dea Syria. *M. du S.*

ΑΣΤΡΟΛΟΓΙΗΣ] Sic infra recte c. ult. *M. du S.*

2. Αὐτῶν ἀστέων] Libellus de Aſtrologia ſcriptus eſt Ionica dialecto, quae tamen non ubique cernitur obſervata; quod ſine dubio deſcriptorum ſocordia evenit. Sic ſtatim cum initio, οὐκ αὐτῶν ἀστέων, οὐδ' αὐτοῦ περὶ ὑρανοῦ. ſcribendum fuit αὐτέων, ut recte p. 990. D. Ed. *Salmur.* 991. E. 993. A. 995. A. Iterum αὐτῶν ſecus poſitum pag. 985. D. 986. C. 990. C. Ita αὐτῷ p. 991. D. quum rectius pag. praeced. E. αὐτέῳ, iterum αὐτῷ pag. 992. E. Sic αὐτοῖς pag. 986. E. pro αὐτέοισι, ut recte pag. 993. D. 984. E. 985. B. D. 995. B. Iterum αὐτοῖσι pro αὐτέοισι pag. 991. C. 993. E. Pari Ioniſmi neglectu exiſtimo ἀληθείης ſcriptum pag. 984. A. pro ἀληθῆς, ut pag. 490. A. Sic pag. 984. B. ἀφίκετο, & pag. 996. A. ἀφιξόμενα, pro ἀπίκετο & ἀπιξόμενα, ut recte obſervatum pag. 992. A. 994. A. & alibi. Similiter vitioſe pag. 989. E. legitur ἑαυτοῦ pro ἑωυτοῦ, ut recte Baſileenſis, & ubique alibi in hoc libello, ut pag. 988. E. 994. A. B. *J. J.*

5. Ὑποθημοσύνην] Δόγμα. *V.*

Αὐτέων] Paginarum citationes hic in capita non mutavi, ut alibi ſoleo, quia ea aliaque ab Cl. *Fenſio* non indicata ſuo loco partim ſponte, partim *Fenſii* monitu ex Codd. correxi. *J. F. R.*

Αὐτέων] Sic Ionice ſcribi curavimus, quod in Impreſſis omnibus & M. hic & alibi neglectum eſt. *M. du S.*

Αὐτέων] Ita ubique correxi in hac Diſſert. Vid. mox αὐτέου §. 16. & 22. ubi plurib. de Ionica hac ſcribendi ratione ago. *J. F. R.*

3. Αὐτοῦ περὶ] Cum ſaepe de corrigenda dialecto monuerint Interpretes, mirabar cur & hic αὐτοῦ intactum reliquerint. Et fateor in ſingulari craſin hanc Atticam vel frequentius reperiri ap. Iones, ſi fides Editionibus, quam cum s interpoſito. Ita αὐτῇ in Leg. *Hippocr.* ac *de Arte* pr. αὐτῆς quoque & αὐτῇ & αὐτην ter quater occurrit, (ut mille alia omittam.) Item τούτου, τούτῳ & ſimilia plus decies paucis paginis. Sed & pluralis αὐτῶν, αὐτοὺς, τούτων, τούτους, τούτοισιν compluries. Verum quum & τουτέων, τουτέοις, αὐτέων legas ibid. & alibi; veluti e. gr. *de Arte* p. 6. verſ. fin. τούτων ac τουτέων in eodem fere commate; dixeris genuinum Ioniſmum in Noſtro ubique

illis ſentiunt, tum ſi quando in homines incidunt falſa divinantes, & ſidera accuſant, & ipſam oderunt aſtrologiam, eamque neque ſanam neque veram arbitrantur, ſed diſciplinam mendacem & ventoſam, inique, ut mihi videtur, ſentientes. Neque enim fabri inſcitia, fabrilis ipſius artis mala indoles; neque imperitia tibicinis, muſicae ipſius eſt inertia. Sed iſti quidem artium imperiti, unaquaeque autem ars per ſe ſapiens eſt.

3. Primi ergo Aethiopes hanc rationem hominibus conſtituerunt. Cauſſa illis partim ſapientia gentis, nam reliquis etiam in rebus ſapientiores caeteris Aethiopes; partim etiam habitandi ſors commoda. Semper enim iſſos ſerenitas & tranquillitas circumjacet, neque anni vices patiuntur, ſed in una eademque tempeſtate habitant. Cum igitur cernerent lunam non eandem ſemper

τε ἀντίξοα φρονέουσι, χὴ εὖτ' ἂν ἀνδράσιν ἐπιχυρέωσι ψεύδεα μαντευομένοισιν, ἄφρων τε καλιγορέουσι, ἡ αἰτίη ἀφροσύνην μισέουσιν, οὐδέ μιν ὔτε ὑγιέα ὔτε ἀληθέα νομίζουσιν, ἀλλὰ λόγον ψευδέα, ἡ ἀνεμώλιον, ἡ δικαίως, ἐμοὶ δοκέειν, φρονέοντες. ὔτε γὰρ τέκτονος αἰδρεῖν, τεκτοσύνης αὐτῆς ἀφυίη, οὐδὲ αὐλητέω ἀμουσίη, μουσικῆς ἀσοφίη. ἀλλ' οἱ μὲν ἀμαθέες τῶν τεχνέων, ἑκάστη δ' ἐν ἑωυτῇ σοφή.

Πρῶτον μὲν γὰρ Αἰθίοπες τόνδε τὸν λόγον ἀνθρώποισι κατεστήσαντο. αἰτίη δὲ αὐτέοισι, τὰ μὲν ἡ σοφίη, τῇ ἐωυτῶν (ἡ γὰρ τἄλλα τῶν ἄλλων σοφώτεροι Αἰθίοπες) τὰ δὲ ἡ τῆς οἰκήσιος ἡ εὐμοιρίη· αἰεὶ γὰρ σφέας εὐδίη ἡ γαληναίη θερέει· οὐδὲ τῷ ἔτεϊ τροπέων ἀέχονται, ἀλλ' ἐν μιῇ ὥρῃ οἰκέουσι. ἰδόντες δὲ ὦν πρῶτα τὴν σελήνην, ὅκως ἐς τὠμὸν

ἰ Μαντευομένοισιν] Μαντινόμοι Edd. priores malè. k Καλιγορέουσι] Sic M. a recent. manu. Κατηγορέουσι Edd. l Δοκέειν] Sic W. rectè cum Edd. plurimis. Διδόναι malè Fl. m Ἀφυίη] Ἀδικία W. ſolus. n Σοφή] Σοφὴν Fl. Nihil mut. Edd. nec M. o Οἰκήσιος] Sic Edd. praeter Fl. quae οἰκίσεως. Οἰκήσεως M. p Ὧν] Sic reſtitui ex W. Οὖν Edd. priores hic & ſupra.

17. Ἐπικουρέωσι] * Ἐπιτύχωσιν. V.
21. Ἀνεμώλιον] Μάταιον. V.
23. Ἀφυίη] † Ἀδικία. V.
26. Πρῶτον] Παρὰ τὰ πᾶσιν ἀνθρώποις χαλδαῖοι δοκοῦντα τοῦτα. Χαλδαίους γάρ φασι πρώτους ἀστρονομίας ἄρξαι. M.
30. Εὐμοιρίη] Εὐκληρία. V.

* Ἐπιτύχωσιν] Ἐπιτύχωσιν ante legebatur; ſed rectè in C. ἐπιτύχωσι. M. du S.

† Ἀδικία] Corrupta haud dubiè vox. M. du S.

que reſtituendum, quia eum adfectare vult videri, ut poſtea non ſemel monere cogor. Interim hic nihil mutare ſum auſus, quia deinde eodem modo conſtanter legi video, quoties demonſtrative & ἐμφατικῶς ipſe ſignificatur, non relative; nam ſic §. 10. αὐτῷ ἐμοὶ. §. 16. αὐτῆς ἀστρολογίης. §. 24. αὐτῇ τῇ μητρί. J.F.R.

8. Μέμφομαι ἐκέσοι σοφοὶ &c.] Ellipſis accuſativi αὐτούς, vel πάντας. Sic *Epict.* Sent. 116. p. 144. Αὐτούμενος ἐφ' οἷς μὴ ἔχει, ἡ χαίρων ἐφ' οἷς ἔχει, pro ἐφ' οἷς, ἃ ἔχει. Alia ſimilia vid. ad *Amor.* c. 36. ubi οὐδὲ γὰρ ὡς ἐναντία φθεγγόμενος, ὡς ἐπιχείρει λέγειν. Sed τῷ, μέμφομαι ἐκέσοι ſimilis eſt ellipſ. *Terentii* in Ad. II. 1. 43. *Minime miror, qui inſanire occipiunt ex injuria.* Ubi quoque intelligendum relinquitur *illos*, veluti in phraſi, *mittere qui nuncies*, omitti ſolet, *aliquem.* Vid. *Vechn.* Hellenol. p. 68—71. J.F.R.

13. Ἀπίκετο] Rectè monuit Cl. *Jenſ.* ita corrigendum, confer infra c. 21. & 24. ubi Edd. adſpirationem bene omiſerant. Vid. *Herodot.* L. I. ipſo princ. ubi vel quater una pag. ἱκνέομαι, ἱκνεῖσθαι &c. J.F.R.

17. Μαντευομένοισιν] In Impreſſis eſt μαντεύμενοι ſenſus & dialectus poſcunt μαντευομένοισιν. Quod cum ſcripſiſſem, inſpecto Cod. M. video in eo legi μαντεύμενοις. M. du S.

Μαντευομένοισιν] Facile in re tam aperta morem geſſi *Solano* ita corrigenti. Nec librorum fidem hic exſpectandam cenſui. Etſi Ioniſmus ille miſeram interdum cacophoniam parit, ut ap. *Hippocr.* Aphor. 20. Sect. II. Ubi terminatio iſta in σιν & σι tribus verſibus decies ac ter occurrit, nimirum: Ὁκόσοισι νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ὑγραί εἰσι, τουτέοισιν ἀναγωγώτατον ξηραίνονται. ὁκόσοισι δὲ νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ξηραί εἰσι, τουτέοισι δὲ πρεσβυτέροισι γινομένοισι ὑγραίνονται. J.F.R.

18. Καλιγορέουσι] Lege καλιγορέουσι, uti & in M. emendatum eſſe video. In reliquis κατηγορέουσι. M. du S.

33. Ὧν] W. uti Dialectus poſcebat. In Impr. ὦν, quod commune eſt. M. du S.

Ὧν] Cum notatum reperiſſem Cod. W. ita habere pro vulgato ὦν, nullus dubitavi id hic & ſupra recipere. Sic enim Ioues ſolere ἂν pro ὦν ſcribere, vid. ap. Cl. Mait-

πάμπαν ὁμοίην φαινομένην, ἀλλὰ πολλὰς δέ τε γιγνομένην, ἢ ἐν [a] ἄλλοισι ἄλλην μορφὴν τρεπομένην, ἐθώπευσεν αὐτοὺς τὸ χρῆμα θαῦμα τοῦ καὶ ἀπορίης ἄξιον. ἔνθεν δὲ ζητέοντες, εὗρον τεταῖον [b] αἰτίην, ὅτι οὐκ ἴδιον τῇ σελήνῃ τὰ φέγγεα, ἀλλά οἱ παρ' ἡλίου ἔρχεται.

apparere, ſed plures accipere ſpecies, & in aliam alias formam verti: viſa eſt illis res admiratione & dubitatione digna. Inde igitur quaerendo invenerunt cauſſam harum rerum, quod non ſua lunae lux, verum a ſole illi venit.

Εὗρον δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀστέρων τὴν φορὴν, τοὺς δὴ πλάνητας ἡμεῖς καλέομεν (μοῦνοι γὰρ τῶν ἄλλων ἀστέρων κινέονται) φύσιν τε [c] αὐτέων, καὶ δυναστείην, καὶ ἔργα, τὰ ἕκαστοι [d] ἐπιτελέουσιν. [e] ἐν δὲ καὶ ὀνόματα αὐτοῖσι ἐπέθεσαν, οὐκ ὀνόματα, ὅκως ἔδοκεον, ἀλλὰ σημήια.

4. Invenerunt vero aliorum quoque ſiderum motum, quos quidem planetas nos vocamus, ſoli enim reliquorum ſiderum moventur: naturamque illorum & poteſtatem, & opera, quae ſinguli efficiunt. Impoſuerunt autem illis quoque nomina: non *nuda* nomina, ut videbantur, ſed ſigna *ipſarum naturarum*.

Ταῦτα μὲν [f] οὖν Αἰθίοπες ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπέβλεψαν μοῦνοι δὲ, γείτοσιν ἐοῦσιν Αἰγυπτίοισιν, ἀτελέα τὸν λόγον παρέδοσαν, Αἰγύπτιοι δὲ παρὰ σφέων ἐκδεξάμενοι ἡμερολόγια τὰ μακρότερα, ὅτι μέζονα ἤγειραν μέτρα τε τὸ ἑκάστου κινήσεως ἐσημήναντο, καὶ ἐτέων ἀριθμὸν, καὶ [g] μηνέων καὶ ὡρέων διετάξαντο. καὶ μηνέων μὲν σφίσι μέτρον ἡ σελήνη, καὶ ἡ

5. Haec igitur Aethiopes in caelo conſpexerunt. Poſt vicinis ſuis Aegyptiis imperfectam artem tradiderunt: Aegyptii vero, quam accepere ab illis ex parte modo altera abſolutam divinandi rationem, in majus extulerunt, menſuram motus uniuscujusque ſignarunt, & annorum numerum, & menſium atque horarum ordinarunt. Et menſium quidem illis modus luna ejusque con-

a Ἄλλοισι] Ἄλλῃ τὴ *Fl.* Sed vulgatam cett. editionum lectionem tenent M. & P. *b* Ἄλλην μορφὴν] Ἀλλὰ μορφὴν *Fl.* ſola. *c* Αὐτέων] Αὐτῶν Edd. priores. *d* Ἐπιτελέουσιν] Ἐπιτελεύουσιν *F.* male. Ceterae recte, cum Cod. M. *e* Ἐν δὲ] Conſtans Edd. lectio. *f* Ὧν] Οὖν Edd. priores. *g* Μηνίων] Sic *Fl.* P. & M. Μηνῶν male cett. Edd.

53. Ἐσημήναντο] Ἐσημειοῦντο. *V.*

Maittair. de Dialect. p. 34. Ideoque & ſic dedi mox §. 5. etſi ibi nullus Cod. praeibat. Nam deinde §. 27. recte δὲ erat in P. *F. F. R.*

35. Ἄλλην μορφὴν] In Flor. Cod. ἄλλην μορφὴν. *F. B.*

45. Ἐν δὲ] Corruptas cenſeo has voces. *M. du S.* f. al δὲ. *F. F. R.*

46. Οὐκ ὀνόματα, ὅκως ἔδοκεον, ἀλλὰ σημήια] *Non quae eſſent utcunque nomina, ſed rerum ſigna, quemadmodum putabant.* Sic Benedictus. Eraſmus vero, *non illis quidem utcunque viſum eſt confictis, ſed quae nota rerum eſſent.* Non attingunt nucleum. Verte, *non nomina, ſicut videbantur, ſed ſigna* & indicia ejus quid eſſent quidque efficerent. Ἔδοκεον non refer ad Aethiopas, ſed ipſas appellationes & nomina. Videbantur eſſe nuda nomina forte data, quum tamen ſub illis latcrent σημεῖα. *F. G.*

52. Μέζω] Recte pro μείζω. Et mox rurſus μέζω, atque alibi. Vid. *Maittair.* de Dialect. p. 113. Ed. *Haganae*, & p. 133. *F. F. R.*

55. Μηνῶν] An μηνίων, ut ſupra? *F. G.*

Μηνίων] Sic ſcribi poſcit Dialectus, non, ut in omnibus reperio, μηνῶν. *M. du S.*

Μηνίων] In omnibus μηνῶν male reperi, quod mirum, quia uno verſu ſuperius tamen μηνίων recte habebant nonnullae, quare non erat cur *Gujetus* dubitaret. Ego ſaltem non dubitavi ſic reſtituere. *F. F. R.*

58. Ἐμήναντο] A μήνδομαι. *F. G.* Non addidiſſem, niſi ut adpareret Scholiaſtae ἐμηχανήσαντο expoſitionem eſſe, non aliam lectionem. *F. F. R.*

61. Οὐδ' ἄμα] Corrige οὐδαμᾶ ut infra §. 19. *F. G.*

Οὐδαμᾶ] In omnibus legebatur οὐδ' ἄμα. Ego mutavi. Quin mox pro κινεομένους, legendum cenſeo πλάνητας κινουμένους. *M. du S.*

Οὐδ' ἄμα] Lubens itaque huic & *Solano* auſcultavi, atque in verſione *haudquaquam* dedi; quod Cl. *Geſn.* qui *nec ſimul*, ex vulgata reddiderat, non aegre ferret; nam res eſt parvi, & vulgata tolerabilis; quam hic non mutaſſem, ſi quae litera fuiſſet mutanda; at quum

conversio fuit, anni autem sol, atque solis circuitus.

6. At ipsi alia quoque his multo majora machinati sunt. Ex omni enim aëre, & stellis reliquis inerrantibus atque fixis, & haudquaquam moventibus se, duodecim partes resecuerunt, in quibus illae alternae moverentur. His cum assignassent suum cuique animalia, in aliam singula formam expressere, marina alia, alia vero hominum, alia bestiarum, volucrium alia, alia jumentorum.

7. Unde etiam sacra apud Aegyptios multorum generum fiunt. Nec enim Aegyptii omnes ex duodecim partibus *iisdem* omnibus divinabant; sed aliis alii partibus diversisque utebantur. Atque arietem quidem colunt, quotquot respiciebant Arietem: pisces non edunt, qui pisces *nomine illo* signaverant: neque caprum mactant, quicunque noverant Capricornum: atque alii alia, ut cuique *visum est*, placant. Sane etiam taurum in honorem caelestis tauri colunt, atque est illis Apis res sanctissima, qui regionem illorum depascatur, cui ora-

ταύτης ἀναστροφὴν ἐχέτω. ἔτεσι δὲ ἥλιος ἡ ἡ τοῦ ἡλίου περίοδος.

Οἱ δὲ καὶ ἄλλα ἐμηχανήσαντο πολλῷ μείζω τούτων. ἐκ γὰρ δὴ τοῦ παντὸς περὶ τοὺς ἀστέρας τοὺς ἄλλους, ἀπλανέων τε, καὶ [b] εὐσταθέων, καὶ ἥδιστα κινεομένων, δυώδεκα μοίρας ἐτάμοντο ἐν τοῖσι κινεομένοισι, καὶ [i] οἰκεῖα [k] ζῶα ἑόντα, ἕκαστον αὐτέων ἐς ἄλλην μορφὴν μεμιμέαται, τὰ μὲν ἐνάλια, τὰ δὲ ἀνθρώπων, τὰ δὲ θηρῶν, τὰ δὲ πτηνῶν, τὰ δὲ κτηνέων.

Ἀπὸ [l] τέων δὴ καὶ [m] ἱρὰ τὰ Αἰγύπτια πολυειδέα ποιέεται. εἰ γὰρ πάντες Αἰγύπτιοι ἐκ τῶν δυώδεκα μοιρέων πασέων ἐμαντεύοντο, [n] ἄλλοι δὲ ἀλλοίῃσι μοίρῃσι ἐχρέοντο· καὶ κριὸν μὲν σέβεσθαι, ὁκόσοι ἐς κριὸν ἀπέβλεπον· ἰχθύας δὲ μὴ σιτέεσθαι, ὁκόσοι ἰχθύας ἐπισημήναντο· οὐδὲ τράγον κτείνεσθαι ὅσοι αἰγόκερων ἴδασι· καὶ οἱ ἄλλοι τὰ ἄλλα ὡς ἕκαστοι, ἱλάσκονται. [o] ναὶ μὴν καὶ ταῦρον ἐς τιμὴν τοῦ [p] περὶ ταῦρον σεβίζονται. καὶ ὁ [q] Ἆπις αὐτοῖς χρῆμα ἱρώτατον, τὴν χώρην ὀπτεύει, καὶ

οἱ

[b] Εὐσταθέων] Εὐστάθων *Fl.* W. & marg. *A*1*W*. [i] Οἰκεῖα] Οἰκία M. [k] Ζῶα] Lacuna inter οἰκεῖα & ζῶα est in *Fl.*, [l] Τέων] Τῶν M. & Colb. [m] Ἱρὰ] Ἱρὰ Edd. priores. quod in M. erat emendatum. [n] Ἄλλοι δὲ] Nihil mutare Edd. nec M. notat *M. du S.* [o] Ναὶ μὴν] Et sic Edd. cum M. [p] Περὶ] Sic *J. H. P.* &c. Περὶ *Fl.* & M. [q] Ἱρώτατον] Ita M. Sed emendatum. Ἱερώτατον Edd. priores.

58. Ἐμήσαντο] Ἐμηχανήσαντο.
67. Ἀπὸ τέων] Τούτων. *G.*
76. Σεβίζονται] Σεβάζονται. *G.*
Ibid. Ἆπις] Τὸ μοχάριον. *G.*

quum in accentu tantum & spiritu consistat emendatio, Luciani sensum magis congruum reddens, non haesitavi id recipere quod aliquanto melius visum. *J. F. R.*

62. Ἐν τοῖσι κινεομένοισι] Addititia videntur. *F. G.*

Ἐν τοῖσι κινεομένοισι] Non puto hunc locum esse integrum, sed verba quaedam temporum injuria excidisse, cui rei occasionem dederit, quod post relativum οἰκεῖα sequeretur κινέονται, ac paucis interjectis, κινεομένοισι, iisdem syllabis prioribus. Sexcentas in omne genus libris lacunas peperit talis cognatarum vel earundem vocum repetitio. Interpretationem interim dedi, non quam verba subjicerent, quippe quae non intelligebam; sed quam res ipsa postulare visa est. *J. M. G.*

63. Οἰκεῖα] Οἰκεῖα lego. *F. G.* Non inepte; etsi οἰκεῖα nondum rejicio, quia videtur respicere ad *coelestes domos*, in quibus illa animalia habitant, vel quae zodiaco sunt propria. *J. F. R.*

67. Ἀπὸ τέων] I. e. ἀφ' ὧν. *F. G.* Hoc nimis notum, & *Homero*, *Hippocrati*, aliisque Ion. dialecti scriptoribus satis frequens. Vid. Iliad. Ω. 387. ut alia mittam. *J. F. R.*

Ibid. Ἱρὰ] Ita multis in locis emendandum fuit, ut Dialectus hujus Libelli postulabat, & hic quidem ita in M. emendatum est. *M. du S.*

74. Ὡς ἕκαστοι] Illa verba ἴσχει vel similis ellipsis post ὡς ἕκαστοι non modo Attica est, & Thucydidi frequentata: sed Ionica quoque, v. g. *Herodot.* 2, 40. *J. M. G.*

Ὡς ἕκαστοι] Distinctionem, quae post τἄλλα erat, subtilem retuli post ἕκαστοι, praeeunte *Solano*, qui jubet conferre Ic. A. c. 15. Ubi ille vulgatam ὡς ἕκαστοι tuetur & exponit. *J. F. R.*

76. Καὶ ὁ Ἆπις] Osiris Rex Ægypti tandem in Deos relatus cum uxore sua Iside colitur sub imagine bovis. *G. C.*

ρὶ ἐκεῖ μαντήιόν τε ἀνατιθέασι, σημήιον τ ἐκείνε τῦ ταύρε μάλιχῆς.

culum ibi conſtituerint, ſignum divinationis illius *caeleſtis* tauri.

Οὐ μὴν πολλὸν δὲ χρὴ Λίβυες ἐπέβησαν τῦ λόγε· χρὴ γὰρ τὸ Λιβύων μαντήιον τῦ Ἄμμωνος, χαὶ τῦτο ἐς τ ἠέρα χαὶ ἐς τὸν τετέε σοφίην εἵρηλο, ὥσθ τ Ἄμμωνα, ὃν ὅταν χριοπρόσωπον ποιέον.

8. Non ita multo poſt Libyes etiam hanc rationem amplexi ſunt. Nam Libyum etiam oraculum Ammonis, ipſum quoque ad caelum ejusque ſapientiam, relatum eſt: quatenus Ammonem hi etiam arietis vultu ſibi faciunt.

Ἔγνωσαν δὲ τετέων ἕκαστα χὴ Βαβυλώνιοι, ὅτοι μὲ λέγυσι χὴ πρὸ τ ἄλλων· ἐμοὶ δὲ δοκέε, πολλὸν ὕς ερον ἐς τετέυς ὁ λόγος ἀπίχελο.

9. Agnoverunt autem horum ſingula etiam Babylonii. Hi enim dicunt, etiam ante alios; mihi vero videtur, multo poſt ad ipſos hanc rationem perveniſſe.

Ἕλληνες δὲ ὅτε παρ' Αἰθιόπων, ὅτε παρ' Αἰγυπτίων ἀς ρολογίης πέρι ὐδὲν ἤκυσαν, ἀλλὰ σφίσιν Ὀρφεὺς ὁ Οἰάγρε χὴ Καλλιόπης, πρῶτος τά δὲ ἀπηγήσαλο, ὃ μάλα ἐμφανέως, ὐδὲ ἐς φάος τ λόγον προήνεγκεν, ἀλλ' εἰς γοητείην, χὴ ἱρολογίην, οἵη ἔμφανοίη ἐκείνε. πηξάμενος γὰρ λύρην, ὄργιά τε ἐποιέετο, χὴ τὰ ἱρὰ ἤειδε· ἡ δὲ λύρη, ἑπτάμιτος ἐῦσα, τ τ χινεομένων ἀς έρων ἁρμονίην συνεβάλλελο. ταῦτα Ὀρφεὺς διζήμενος, χὴ ταῦτα ἀναχινέων, πάντα ἔθελγε, χὴ πάντων ἐκράτεεν. ὃ γὰρ ἐκείνυ τ λύρην ἔλεπεν, ὐδὲ οἱ ἄλλης ἔμελε μυσυργίης, ἀλλ' αὕτη Ὀρφέως ἡ μεγάλη λύρη. Ἕλληνές τε τάδε τιμέοντες,

10. Graeci autem neque ab Aethiopibus neque ab Aegyptiis de aſtrologia quidquam audiere: ſed ipſis Orpheus Oeagri & Calliopes F. primus haec enarravit: non ille manifeſte valde; neque in lucem totam rationem protulit, ſed ad incantationem & ſacramenta quaedam, ſola mens illi *ſpectabat*. Lyra enim conſtructa faciebat orgia, & ſacra canebat. Lyra autem ſeptem chordarum quae eſſet, errantium ſtellarum harmoniam ſymbolo quodam ſignabat. Haec inquirens Orpheus, & haec movens, mulcebat omnia, & omnia vincebat. Neque enim illam, *quam fecerat ſibi*, lyram ſpectabat, neque alia illi cordi erat muſica; ſed haec magna lyra Orphei. Honorantes vero iſta Graeci, par-

a Τετέων] Τούτων Edd. priores. Et mox τούτους pro τετέους. b Παρὰ] Ita Edd. & M. Πρὸς Angl. P. & L. c Ἀπίχελο] Ἀφίχελο ante legebatur. d Προήνεγκεν] Recte Edd. & M. Προήνεγκεν F. Proel. B2. e Ἱρολογίην] Ἰαρολογίην Edd. priores. Et mox ἱρὰ. quod ſimiliter mutavi. f Ὀρφέως] Ὀρφεῖ W. Sed a manu recentiore, loco ſequente.

82. Ἄμμωνος] Ammon Jovis epitheton, hoc eſt *arenarius*. Jupiter enim arietis ſpecie in extremo Lybiae arenoſo colebatur. Ammonis oraculum erat olim, ut *Mela* ſcribit, fidei inclytae, ubi reſponſa oratione non dabantur, ſed nutu & ſignis, ut ſcribit *Strabo*. G.C.

83. Εἴρητο] An ἤρτο, ab ἀείρομαι; Placet. F.G. Ibid. Παρὰ τ Ἀμμώνα] Angl. Cod. πρὸς τ Ἀμ. Cetera hujus diſſertationis ex *Callimacho* & *Manilio* repetit in Cronii, plurima interpretor alibi. F.B. Παρὰ] In A. P. & L. πρὸς. Neutrum placet. Debuit enim eſſe; ni fallor, τ γὰρ Ἀμ. περὶ . . . . Vide Ἐκλ. 10. ubi ad cornua Jovis Hammonis alludit. M. du S.

Παρὰ τ Ἀμμώνα] Tenui mutatione ὥσθ mutandum in πως' ὁ, quod cum ſententia poſtulare videretur, in interpretando ſecutus ſum. F.M.G.

55. Καὶ τὸ σῶμα δὲ] Illud ϗ δὲ quod frustra alibi suspectum fuit commentatoribus, vidimus supra *de Salt.* §. 10. §. 12. & 13. Item I. *Ver. Hist.* c. 15. *Alex.* c. 41. &c. Adde modo laudatum Rev. *J. Elsner.* ad *Evang. Joan.* XV. 27. in quo habemus: ϗ ὑμεῖς δὲ μαρτυρεῖτε. Quod is convertit: *& vos itidem*, aut, *quin & vos testabimini*, aliaque ex *Xenoph. Thucyd. Arrian.* hoc Luciani testimonio non omisso, adducit. *J. F. R.*

63. Ἐς τοῦτο] Non dubito, quin legendum sit ἐς ταὐτὸ, sic certe interpretatus sum. *J. M. G.*

Ἐς ταὐτὸ] Quod Clar. *Gesn.* conjecit, id *Solanus* quoque sic emendaverat: & quia necessaria est emendatio, vel sine Codd. auctoritate ita edidi. *J. F. R.*

67. Οὐ παραχαράττων τὰ] Dicit Demonactem imitatum esse Socratem; & frugalitate Diogenem, *ὃ παραχαράττων τὰ ἐς τὴν δίαιταν, ὡς θαυμάζοιτο, ϗ ἀποβλέποιλο ὑπὸ τ' ἐντυγχανόντων, ἀλλ' ὁμοδίαιτος ἅπασι.* Vertunt: *Non tamen adulterabat ea quae ad victum pertinebant, admirationis emerendae gratia, utque ab iis respiceretur, quibuscum versabatur; verum communi cum aliis vivendi ratione utebatur.* Παραχαράττειν τὰ ἐς τὴν δίαιταν. *non est adulterare quae ad victum pertinent*, sed *non mutare vivendi rationem, non recedere a communi vivendi genere.* Josephus v. ἀρχαιολογίας, παρέβαινε δ' ἤδη τὰ πάτρια, ϗ τὴν οἰκείαν δίαιταν παρεχάραττε ξενικῶν μιμήσει ἐθισμῶν. *ejurabat patrios mores, domesticosque ritus antiquabat, imitatione peregrinorum morum.* Ruffinus sic vertit: *Transcendebat jam leges patrias, & edicta propria requirebat mores imitando peregrinorum.* Synesius: ϗ τοὺς τραπεζίτας τοὺς πονηροὺς τοὺς καβάπερ νόμισμα τὸ δόγμα τὸ θεῖον παραχαράττοντας. *ut nummos divinam doctrinam mutantes.* *J. G. G.*

Καὶ τὴν μὲν τοῦ Σωκράτους εἰρωνείαν οὐ προσιέμενος, χάριτος δὲ Ἀττικῆς μεστὰς ἐπιφαίνων τὰς συνουσίας· ὡς τοὺς προσομιλήσαντας ἀπιέναι, μήτε καταφρονήσαντας ὡς ἀγενοῦς, μήτε τὸ σκυθρωπὸν τῆς ἐλεγμάτων ἐπιφεύγοντας, πάντοθεν δὲ ὑπ' εὐφροσύνης γενομένους, καὶ κοσμιωτέρους πολλῷ, καὶ φαιδροτέρους, καὶ πρὸς τὸ μέλλον εὐέλπιδας.

6. Socratis quidem illam diſſimulationem non admittens, ſed plenam Attica quadam gratia conſuetudinem prae ſe ferens. Itaque ſic ab eo diſcedebant, qui cum illo fuerant, ut neque contemnerent tanquam ignavum, neque aſperitatem reprehenſionum ejus refugerent: ſed prae voluptate quaſi immutati, decentiores multum, & hilariores, & ſpei in futurum melioris eſſent.

Οὐδεπώποτε γοῦν ὤφθη κεκραγὼς, ἢ ὑπερδιατεινόμενος, ἢ ἀγανακτῶν, οὐδ' εἰ ἐπιτιμᾶν τοῦ δέοι, ἀλλὰ τὰ μὲν ἁμαρτήματα καθήπτετο, τοῖς δὲ ἁμαρτάνουσι συνεγίνωσκε, καὶ τὸ παράδειγμα παρὰ τῶν ἰατρῶν ἠξίου λαμβάνειν, τὰ μὲν νοσήματα ἰωμένων, ὀργὴν δὲ πρὸς τοὺς νοσοῦντας οὐ χρωμένων. ἡγεῖτο γὰρ ἀνθρώπου μὲν εἶναι τὸ ἁμαρτάνειν, θεοῦ δὲ, ἢ ἀνδρὸς ἰσοθέου, τὰ παραπτώματα ἐπανορθοῦν.

7. Nunquam enim viſus eſt clamare, aut ſupra modum contendere, aut indignari, neque ſi quis reprehendendus eſſet: ſed peccata cum perſtringeret, ignoſcebat peccantibus, volebatque exemplum nos capere a medicis, ſanantibus quidem morbos, ira autem in aegrotos non utentibus. Putabat enim, hominis quidem eſſe peccare, Dei autem aut aequalis Deo hominis, peccata corrigere.

Τοιούτῳ δὴ βίῳ χρώμενος, εἰς ἑαυτὸν μὲν οὐδενὸς ἐδεῖτο, φίλοις δὲ συνέπραττε τὰ εἰκότα, καὶ τοὺς μὲν εὐτυχεῖν δοκοῦντας αὐτοῖς ὑπεμίμνησκεν, ὡς ἐπ' ὀλιγοχρονίοις τοῖς δοκοῦσιν ἀγαθοῖς ἐπαιρομένους· τοὺς δὲ ἢ πενίαν ὀδυρομένους, ἢ φυγὴν δυσχεραίνοντας, ἢ γῆρας, ἢ νόσον αἰτιωμένους, σὺν γέλωτι παρεμυθεῖτο, ὡς οὐχ ὁρῶντας ὅτι μικρὸν αὐτοῖς παύσει τὰ ἀνιῶντα, λήθη δὲ

8. Hanc viram cum viveret, pro ſe ille quidem nullius rei indigebat, ſed amicos in iis, quae e re eſſe judicaret, adjuvabat: & ſi qui illorum felices *ſibi* viderentur, ſubmonuit, quam brevibus, quae nunc viderentur, bonis efferrentur. Qui vero aut paupertatem deplorarent, aut exilium aegre ferrent, aut ſenectutem, vel morbum accuſarent, conſolatus cum riſu eſt, qui non viderent, poſt puſillum temporis ceſſatura quae ipſos contriſtarent, oblivionem vero quan-

73. Σωκράτους εἰρωνείαν] Hinc Socrates dictus εἴρων, utebatur enim, ut ait *Cic.* I. de Of. libenter ea diſſimulatione, quam Graeci εἰρωνείαν vocant. *G.C.*

78. Παντοίους] Alio ſenſu uſurpare ſolet. Vid. N. Δ. 21. *M. du S.*

82. Οὐδεπώποτε] Id plus eſſe, quam οὐδέποτε vid. ſupra in verbis *Diog. Laërt.* ab *Solano* prolatis ad 2. *Ver. Hiſt.* c. 18. *J.F.R.*

16. Οἰκεῖον] *Homo ſum, humani nihil a me alienum puto.* Terent. *M. du S.*

17. Πλέον δὲ, ἢ ἔλαττον ἔχαιρε συνὼν ἑνίοις αὐτῶν, μόνοις ἐξισάμενος, ἐπίσοις ἂν ἐδόκουν αὐτῷ ὑπὲρ τῆ τὰ θεραπείας ἐλπίδα ἁμαρτάνειν] Sic diſtinguendum opinor. Vulgo junctim haec leguntur, συνὼν ἑνίοις αὐτῶν μόνοις ἐξισάμενος. Interpres hic iterum turpiſſime ſeſe dat, vertens: *Plus autem, minusve laetabatur, eorum ſolummodo conſuetudinem devitans, quotquot illi videbantur propter ſpem obſequii delinquere.* Nihil inſulſius, ſi Graeca ſpectes, & mentem ſcriptoris. Verto: *Plus autem minusve laetabatur, converſans cum quibusdam eorum* (quibuscum nempe verſabatur: verſabatur autem cum omnibus, non omnium tamen uſu peraeque delectatus) *iis ſolis ſe abſtinens, quotquot ei viderentur ſupra omnem ſpem emendationis delinquere.* Eos devitabat Demonax, de quibus nulla morum emendatio ſperari poterat; qui erant ἀνίατοι; &, ut Belgae dicimus, **daer geen ſalb meer aen te ſmeren was.** *J.J.*

Πλέον δὲ, ἢ ἔλαττον ἔχαιρε, συνὼν ἑνίοις αὐτῶν μόνοις ἐξισάμενος, ἐπίσοις ἂν &c.] Diſtinguenda mihi quidem videntur verba hoc modo: πλέον δὲ ἢ ἔλαττον ἔχαιρε συνὼν ἑνίοις αὐτῶν, μόνοις ἐξισάμενος, ἐπίσοις ἂν. &c. h. e. *Plus vero minusve delectabatur conſuetudine quorundam ex iis, devitans ſolos, quicumque.* Quemadmodum hic

Lu-

quandam bonorum pariter ac malorum, ac libertatem longam brevi omnes occupaturam.

9. Curae hoc quoque sibi habebat, ut dissidentes inter se fratres in concordiam redigeret, mulieribusque pacem cum maritis conciliaret. Est etiam ubi in populo turbis agitato concinne verba fecit, persuasitque majori parti, ut ministrarent patriae *tributa* mediocria. Talis erat ratio illius philosophiae, mitis, mansueta, hilaris.

10. Solum molestia ipsum afficiebat morbus aut mors amici, qui maximum inter homines bonum amicitiam judicaret. Ac propter haec amicus erat omnibus, nec est, quem non domesticum & familiarem putaret, in quantum homo esset. Caeterum magis minusve quorundam inter illos consuetudine delectabatur, a solis illis se removens, qui ultra spem emendationis peccare ipsi viderentur. Atque haec cum Gratiis & ipsa Venere faciebatque & dicebat, ut semper, quod est in Comoedia, *Suada in labiis illius insideret.*

11. Itaque Athenienſium cum universus populus, tum principes, supra modum illum admirabantur, & ut ad Deum aliquem semper ad ipsum respiciebant. Quamquam initio plerisque illorum offensus est, odiumque non minus populari illo contraxit

τις ἀγαθῶν καὶ κακῶν, καὶ ἐλευθερία μακρὰ πάντας ἐν ὀλίγῳ [a] καταλήψεσθαι.

[b] Ἔμελε δὲ αὐτῷ καὶ ἀδελφοὺς στασιάζοντας διαλλάττειν, καὶ γυναιξὶ πρὸς τοὺς γεγαμηκότας εἰρήνην πρυλανεύειν. καμπὴ καὶ δήμοις ταραττομένοις ἐμμελῶς διελέχθη, καὶ τοὺς πλείστους αὐτοῦ ἔπεισεν ὑπουργεῖν τῇ πατρίδι τὰ μέτρια. τοιοῦτός τις ἦν ὁ τρόπος τῆς φιλοσοφίας αὐτοῦ, πρᾷος, καὶ ἥμερος, καὶ φαιδρός.

Μόνον αὐτὸν ἠνία φίλου νόσος ἢ θάνατος, ὡς ἂν καὶ τὸ μέγιστον τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθῶν τὴν φιλίαν ἡγούμενον· καὶ διὰ τοῦτο φίλος μὲν ἦν ἅπασι, καὶ οὐκ ἔστιν ὅν τινα οὐκ οἰκεῖον ἐνόμιζεν, ἄνθρωπόν γε ὄντα. πλέον δὲ ἢ ἔλαττον ἔχαιρε συνὼν ἐνίοις αὐτῶν, μόνοις ἐξιστάμενος, ὁπόσοι ἂν ἐδόκουν αὐτῷ ὑπὲρ τὴν τῆς θεραπείας ἐλπίδα διαμαρτάνειν. καὶ ταῦτα πάντα μὴ Χαρίτων καὶ Ἀφροδίτης αὐτῆς ἔπραττέ τε καὶ ἔλεγεν, ὡς ἀεὶ τὸ κωμικὸν ἐκεῖνο, Τὴν Πειθὼ τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ ἐφῆσθαι.

Τοιγαροῦν καὶ Ἀθηναίων ὁ δῆμος, τε σύμπας καὶ οἱ ἐν τέλει μάλιστα ἐθαύμαζον αὐτὸν, καὶ διετέλουν, ὥς τινα τῶν κρειττόνων προσβλέποντες. καίτοι ἐν ἀρχῇ προσέκρουε τοῖς [c] πολλοῖς αὐτοῦ, καὶ μισούμενος ὑπὸ μέρους τοῦ δήμου τοῖς πλήθεσιν ἐκτήσατο ὅπως τε τῇ

[a] Καταλήψ.] Καταλήψ. male P. [b] Ἔμελε] Ἔμελλε Fl. male. Cett. recte ut edidimus. [c] Πολλοῖς] Πολλῶν male F. sola.

Lucian. ἔχαιρε συνὼν ἐνίοις, ita *Xenoph.* K. Π. II. 15. ἥδομαι συνὼν τούτοις. *L. Bos.*

Πλέον δὲ, ἢ ἔλαττον ἔχαιρε, &c.] Distinctionem a *L. Bos* propositam sum secutus, pristinam abolendo. *J. F. R.*

19. Ὑπὲρ τὴν τῆς θεραπείας ἐλπίδα διαμαρτάνειν] Benedictus, *propter spem obsequii delinquere*, ex Opsopoeo, qui largius, *propter spem exhibiti obsequii delinquere.* Mirabiles versiones. Intellige *supra spem emendationis delinquere.* *J. G.*

20. Μετὰ Χαρίτων καὶ Ἀφροδίτης] Conf. *Alciphr.* I. Ep. 38. p. 180. ibique not. *Bergleri.* *J. F. R.*

22. Κωμικὸν] *Eupolis.* Vid. fragmentum allatum in notis ad *Nyrp.* c. 4. *M. du S.*

Ibid. Τὴν Πειθὼ τοῖς χείλεσιν &c.] Utitur & *Alciphr.* I. ep. 38. p. 178. f. ἐπ' ἄκρους μοι θοῦναι τοῖς χείλεσιν αὐτῆς ἐκάθισεν ἡ Πειθώ. Ad quae verba *Bergler.* haec Luciani aliaque adferre non est oblitus. *J. F. R.*

26. Κρειττόνων] (Verte *ex Diis.*) *L. Kuſt.* Vid. Ἀμυθ. c. 8. *M. du S.*

28. Οὐ μισοῦν τοῦ δήμου τοῖς πλήθ.] Non satis haec intelligo. Si τοῦ absit, μισοῦν respiciet ad amorem & admirationem, de qua modo dictum: si retinendum est, excidisse nomen *Socratis* dicam. Interim verti, ut verba jacent. *J. M. G.*

29. Τῷ δήμῳ] Delendum censeo illud τῷ, cum sententiam obscuret. *M. du S.*

τῇ παῤῥησίᾳ καὶ ἐλευθερίᾳ. καί τινες ἐπ' αὐτὸν συνέστησαν Ἄνυτοι καὶ [a] Μέλιτοι, τὰ αὐτὰ κατηγοροῦντες, ἅπερ κἀκεῖνοι τότε, ὅτι οὔτε θύων ὤφθη ποτέ, οὔτε ἐμύήθη μόνος ἁπάντων τοῖς Ἐλευσινίοις. πρὸς ἅπερ ἀνδρείως μάλα στεφανωσάμενος, καὶ καθαρὰν ἱμάτιον [b] ἀναλαβὼν, καὶ παρελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τὰ μὲν ἐμμελῶς, τὰ δὲ καὶ τραχύτερον [c] ἢ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν ἀπελογήσατο. πρὸς μὲν γὰρ τὸ μὴ τεθυκέναι πώποτε τῇ Ἀθηνᾷ, Μὴ θαυμάσητε, ἔφη, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ μὴ πρότερον αὐτῇ ἔθυσα. οὐδὲ γὰρ δεῖσθαι αὐτὴν τῶν παρ' ἐμοῦ θυσιῶν ὑπελάμβανον. πρὸς δὲ θάτερον τὸ τῶν μυστηρίων, ταύτην ἔφη ἔχειν καὶ αἰτίαν, τοῦ μὴ κοινωνῆσαι σφίσι τῆς τελετῆς, ὅτι ἂν τε φαῦλα ᾖ τὰ μυστήρια, οὐ σιωπήσεσθαι πρὸς τοὺς μηδέπω μεμυημένους, ἀλλ' ἀποτρέψειν αὐτοὺς τῶν ὀργίων· ἂν τε καλὰ, πᾶσιν αὐτὰ ἐξαγορεύσειν διὰ φιλανθρωπίας. ὥστε τοὺς Ἀθηναίους ἤδη λίθους ἐπ' αὐτὸν ἐν ταῖν χεροῖν ἔχοντας, πράους αὐτῷ καὶ ἵλεως γενέσθαι αὐτίκα, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου σεβασμίους τιμᾶν, καὶ αἰδεῖσθαι, καὶ τὰ τελευταῖα, θαυμάζειν. καίτοι εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῶν πρὸς αὐτοὺς λόγων, τραχυτέρῳ ἐχρήσατο τῷ προοιμίῳ. Ἄνδρες γὰρ, ἔφη, Ἀθηναῖοι, ἐμὲ μὲν ὁρῶντες ἐστεφανωμένον, ὑμεῖς ἤδη καμὲ καταθύσατε· τὸ γὰρ πρότερον οὐκ ἐκαλλιερήσατε.

loquendi illa fiducia atque libertate. Jamque conſurrexerant contra illum Anyti quidam & Meliti, accuſantes eadem, quae illi quondam, quod neque ſacrificare unquam viſus eſſet, neque initiatus eſſet ſolus omnium Eleuſiniis. Ad quae quidem ille viriliter ſane, coronatus & pura veſte indutus cum in concionem prodiiſſet, partim concinne, partim vero aſperius quam pro ſuo inſtituto cauſſam dixit. Ad illud enim crimen, quod nunquam rem ſacram Minervae feciſſet, *Nolite*, inquit, *mirari, Athenienſes, ſi non prius ei ſacrum feci; neque enim indigere meis illam victimis putabam.* Ad alterum vero illud de Myſteriis, *Hanc ſibi cauſſam eſſe* dicebat, *cur non veniret in communionem initiorum, quod, ſi mala ſint myſteria, taciturus non eſſet apud non initiatos, ſed dehortaturus illos ab orgiis, ſin bona, indicaturus prae humanitate omnibus.* Igitur Athenienſes qui jam lapides contra ipſum haberent in manibus, mites illi & propitii ſtatim ſunt facti, & illo initio facto honorarunt virum, reveriti ſunt, ac denique admirati: quamquam in principio ſtatim ſuae ad illos orationis aſperiori paullum uſus eſſet prooemio. Nam, *Athenienſes*, inquit, *cum coronatum me* (victimae inſtar) *videatis, vos jam me quoque mactate; priore enim hoſtia non litaſtis.*

Βούλομαι δὲ ἕνα σοφιστὴν τῶν εὐτύχως 12. Volo jam ſubjicere quaedam acute pa-

a Μίλιτοι] Μέλητοι Fl. male. Cett. recte. Conf. ſupra Ἀνυτ. §. 10. b Ἀναλαβὼν] Sic Edd. Ἀναβαλὼν malit M. du S. c Ἢ] Deeſt haec particula in Fl.

33. Οὔτε θύων ὤφθη πώποτε] Contrarium docet *Xenoph.* in Memorab. L. I. p. 570. 571. Ed. *Baſil.* Sed cum Socrates de facultatibus exiguis exigua ſacra faceret, nihilo ſe putabat minus praeſtare, quam illos, qui de magnis opibus multas & amplas hoſtias caederent. *J. F. R.*

34. Τοῖς Ἐλευσινίοις] Scilicet τελεταῖς. *F. G.*

36. Ἀναλαβὼν] Forſan ἀναβαλὼν; certe Noſtro ἀναβολὴ eo ſenſu frequens. *M. du S.*

42. Οὐδὲ θύεσθαι] *Minut. Fœl.* Octavio. *J. B.*

62. Ἀπὸ Φαβωρίνου] De quo *Philoſtrat.* Lib. I. Sophiſtar. *G. C.*

Ἀπὸ Φαβωρίνου] Φαβωρῖνος Latine ſcribendum *Favorinus* (non *Phavorinus*) ut jam pridem monuit *Jenſius*; eſt enim Romanum nomen a *favor*, ut *Cenſorinus*, a *Cenſor* &c. *Olearius* ad Philoſtr. Vit. Sophiſt. I. §. VIII. p. 489. *J. F. R.*

65. Καὶ μάλιστα τῶν οὐ αὐταῖς μηλῶν] Sic haec verba bonus Opſopoeus interpretatus eſt, quaſi hoc loco μῆλα de membris accipiendum eſſet. Infeliciter certe, ne

pariter & urbane ab illo dictorum. Juvat autem a Phavorino & his, quae ad illum dixit, incipere. Cum enim audisset e quodam Phavorinus, deridiculo ab illo haberi ipsius cum familiaribus sermones, maxime versiculos illis immistos, quod fracti nimis, ignavi, muliebres, philosophiam minime decentes essent: accessit ad Demonactem rogavitque, *Quis esset*, (quid sibi arrogaret) *qui sua derideret?* Is, *Homo*, inquit, *aures habens decepta non nimium faciles.* Instante vero Sophista atque interrogante, *Quo vero viatico instructus, Demonax, a puero ad Philosophiam accessisti? Testiculis*, inquit.

13. Alio quodam tempore idem accedens interrogat Demonactem, *Quam maxime sectam in philosophia amplecteretur?* At ille, *Quis vero tibi*, inquit, *dixit me philosophari?* & jam discedens apud se suaviter sane risit. Illo vero interrogante, *Quid rideret? Ridiculum mihi*, inquit, *esse videbatur, te a barba judicari velle philosophos, barbam cum ipse non habeas.*

14. Sidonio aliquando Athenis florente, ac de se laudem commemorante ejusmodi, se philosophiam universam exploravisse, sed nihil impedit verba ipsa referre: *Si Aristoteles me vocet in Lyceum, sequar: si Plato in Academiam, veniam: si Zeno ad Poecilen, ibi commorabor: si Pythagoras vocet, si-*

τε ἅμα καὶ ἀστείως ὑπ' αὐτῆ λελεγμένων· ἄρξασθαι δὲ ἀπὸ Φαβωρίνου καλόν, ἀφ' ὧν πρός ἐκεῖνον εἶπεν. ἐπεὶ γὰρ ὁ Φαβωρῖνος ἀκούσας τινὸς, ὡς ἐν γέλωτι [d] ποιοῖτο τὰς ὁμιλίας αὐτῆ, καὶ μάλιστα τὰ ἐν αὐταῖς μελῶν τὸ ἐπικεκλασμένον σφόδρα, ὡς ἀγενὲς, καὶ γυναικεῖον, καὶ φιλοσοφίᾳ ἥκιστα πρέπον, προσελθὼν, ἠρώτα τὸν Δημώνακτα, τίς ἂν χλευάζοι τὰ αὐτῆ; Ἄνθρωπος, ἔφη, οὐκ εὐαπάτητα ἔχων τὰ ὦτα. ἐγκειμένου δὲ τοῦ σοφιστοῦ, καὶ ἐρωτῶντος, τίνα δὲ καὶ ἐφόδια ἔχων, ὦ Δημώναξ, ἐκ παιδὸς ἐς Φιλοσοφίαν ἦκεις; ὄρχεις, ἔφη.

Ἄλλοσε δέ ποτε ὁ αὐτὸς [e] προσελθὼν ἠρώτα τὸν Δημώνακτα, τίνα αἵρεσιν ἀσπάζεται μᾶλλον ἐν Φιλοσοφίᾳ, ὁ δὲ, τίς γάρ σοι εἶπεν, ὅτι φιλοσοφῶ; καὶ ἀπιὼν ἤδη πάρ' [f] αὐτῆ ἡδὺ μάλα ἐγέλασε. τοῦ δὲ ἐρωτήσαντος ἐφ' ὅτῳ γελᾷ, ἐκεῖνος ἔφη, Γελοῖόν μοι εἶναι ἔδοξεν, εἰ σὺ ἀπὸ τοῦ πώγωνος ἀξιοῖς κρίνεσθαι τοὺς φιλοσοφοῦντας, αὐτὸς πώγωνα οὐκ ἔχων.

Τοῦ δὲ Σιδωνίου ποτὲ σοφιστοῦ Ἀθήνησιν εὐδοκιμοῦντος, καὶ λέγοντος ὑπὲρ αὐτῆ ἔπαινόν τινα τοιοῦτον, ὅτι πάσης Φιλοσοφίας πεπείραται, καὶ χεῖρον δὲ αὐτὰ εἰπεῖν ἃ ἔλεγεν· ἐὰν Ἀριστοτέλης με καλῇ ἐπὶ τὸ Λύκειον, ἕψομαι· ἂν Πλάτων ἐπὶ τὴν Ἀκαδημίαν, ἀφίξομαι· ἂν Ζήνων ἐπὶ τὴν Ποικίλην, διατρίψω· ἂν Πυθαγόρας καλῇ,

[d] Ποιοῖτο] Sic recte Edd. Ποιοῦτο P. Ποιεῖτο Ex. *Fl.* utrumque male. [e] Προσελθὼν] Προσελθῶν male *S.* quod *Amst.* tamen correxit & vett. Edd. —ων habent. [f] Αὐτοῦ] Αὐτοῦ P. L. & *J.* Αὐτῷ male Ex. *Fl. H. P. S.* Αὐτῇ *B2.* [g] Τῇ Ποικίλῃ] Sic dedit *M. du S.* ex Angl. L. & P. Τὴν Ποικίλην Edd. priores.

me dicam ridicule. At tu verte: *& maxime in illis carmina fracta & minime generosa.* *J. P. a G.*

71. Ἐγκειμένου δὲ τοῦ σοφιστοῦ] Male Interpres: *Instante vero quodam Sophista*, vertendum: Instante vero Sophista: hoc est, Favorino. *AE. M.*

73. Ὄρχεις ἔφη] Spado fuit Favorinus. *AE. M.* Ὄρχεις] Quia Eunuchus Phavorinus (Vid. Εὐν. No. 7.) & ejus orationes molles, ut supra visum est: plurimi in eam rem joci jacti sunt & ab aliis. Vid. *Philostr.* p. 541. & Nostrum Εὐν. c. 7. *M. du S.*

78. Αὐτοῦ] P. L. & Ed. *J.* Reliquae αὐτῷ, nisi quod *B2.* αὐτῇ fecit. *M. du S.*

81. Αὐτὸς πώγωνα οὐκ ἔχων] Ἀγεννὲς γὰρ τοῦ πρόσωπου τὸ γυμνάσιον εἶχεν, inquit de eo *Philostratus* de vit. Soph. L. I. VIII. 1. p. 489. *M. du S.*

83. Σιδωνίου] Quis ille sophista fuerit, nescio; certe apud *Philostratum* frustra quaesivi. *M. du S.*

89. Ἐπὶ τὴν Ποικίλην] Angl. ἐπὶ τῇ ποικίλῃ. *J. B.* Ἐπὶ τῇ Ποικίλῃ] A. P. & L. unde etiam reliqua aliter interpungenda esse discimus. Reliqui ἐπὶ τὴν Ποικίλην. *M. du S.*

λῃ, σιωπήσομαι· ἀναστὰς οὖν ἐκ μέσων τῶν ἀκροωμένων ἔτος, ἔφη, προσιὼν τὸ ὄνομα, καλεῖ σε Πυθαγόρας.

Πύθωνος δέ τινος τῶν ἐν Μακεδονίᾳ εὐπαρύφων, νεανίσκου ὡραίου, ἐρεθιζόντος αὐτὸν, ᾗ προτείνοντος ἐρώτημά τι σοφιστικὸν, ᾗ κελεύοντος εἰπεῖν τὸν συλλογισμὸν ᾗ λύσιν, Ἕν, ἔφη, οἶδα τέκνον, ὅτι περαίνῃ. ἀγανακτήσαντος δὲ ἐκείνου [a] ὅτι τῷ τῆς ἀμφιβολίας σκώμματι, ᾗ συναπειλήσαντος· Αὐτίκα σοι μάλα τὸν ἄνδρα ὀφθαλμίξω, ὁ δὲ σὺν γέλωτι ἠρώτησε, ᾗ γὰρ ἄνδρα ἔχεις;

Ἐπεὶ δέ τις ἀθλητὴς καταγελασθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, ὅτι ἐσθῆτα ὤφθη ἀνθεινὴν ἀμπεχόμενος, Ὀλυμπιονίκης ὤν, ἐπάταξεν αὐτὸν εἰς τὴν κεφαλὴν λίθῳ, καὶ αἷμα ἔρρυη· οἱ μὲν παρόντες ἠγανάκτουν, ὡς αὐτὸς ἕκαστος [b] τετυπτημένος, ᾗ ἐβόων ὅτι τὸν ἀνθύπατον ἰέναι· ὁ δὲ Δημώναξ, Μηδαμῶς, ἔφη, ἄνδρες, πρὸς τὸν ἀνθύπατον, ἀλλ' ὅτι τὸν ἰατρόν.

Ἐπεὶ δέ ποτε ᾗ χρυσοῦν δακτύλιον ὁδῷ βαδίζων εὗρε, γραμμάτιον ἐν ἀγορᾷ προτιθεὶς, ἠξίου τὸν ἀπολέσαντα, ὅστις εἴη τοῦ δακτυλίου δεσπότης, ἥκειν. καὶ εἰπόντα ὁλκὴν τε καὶ σημεῖα, ἀποδοὺς τὸν λίθον καὶ τὸν δακτύλιον, ἀπῄει.

lebo: surgens igitur ex mediis auditoribus, *Heus tu*, inquit, *nomine illum appellans, vocat te Pythagoras.*

15. Pythonis cujusdam Purpuratorum Macedoniae filio pulchro, irritante illum nugis, & sophisticam interrogationem proponente, ejusque syllogismi solutionem dicere illum jubente, *Unum*, inquit, *puer, novi, te περαίνεσθαι.* Aegre autem ferente illo lusum ex ambiguo, & una minitante, *Statim tibi virum monstrabo!* cum risu interrogavit, *Virum nempe habes?*

16. Cum vero athleta quidam derisus ab illo, quod in florida veste, Olympionices licet, visus esset, caput illius lapide percussisset, & sanguis efflueret: praesentes quidem indignari, quasi unusquisque ipsorum pulsatus esset, clamareque, ad Proconsulem eundum esse: at Demonax, *Nequaquam*, inquit, *viri, ad Proconsulem; sed ad Medicum.*

17. Invenerat aureum anulum incedens per viam, tabellaque in foro proposita postulabat, ut qui perdidisset, dominus anuli, veniret, dictoque pondere illius & gemma,

a Ἐπὶ τῷ] Ἐπὶ τὸ *J.* male. b Τετυπτημένος] Et sic *J.* cum *Fl. P. S.* &c.

99. * Τῷ τὸ ἀμφιβ. σκ.] Σημαίνει δὲ τὸ † περαίνειν ἐπὶ τὸ τὸν συλλογισμὸν τέλειον εἶναι, ἔχοντα συμπέρασμα, καὶ τὸ αἰσχρῶς τινα κατὰ τὰ ἀφροδίσια ἐνεργεῖσθαι, ‡ ἢ σπέρμα ἐκβάλλειν. *V.*

* Hoc Schol. ad aliena verba relatum in editis, in sedem suam restituit *M. du S.*

† Περαίνειν] Sic restituit idem ex C. quum περαίνων esset in Editis.

‡ Ἢ σπέρμα] Tria illa posteriora verba deerant in Editis, supplevit ex Cod. collatione, non addens cujus, *M. du S.*

94. Πύθωνος] De hoc nihil apud alios reperio, neque mirum. *M. du S.*

Ibid. Εὐπαρύφων] Iterum infra, §. 41. *M. du S.*

98. Ὅτι περαίνῃ] Legendus Doctissimus *Flor. Christian.* ad εἰρη. Aristoph. *J. B.*

Ibid. Περαίνῃ] Narrantur plures in ea voce joci apud *Diog. Laërt.* Mened. p. m. 65. A. & B. & Arcesi. 104. F. V. *Muret.* Var. Lect. XI. 11. *M. du S.*

Περαίνει] Nescio an habeat Latina lingua vocabulum amphiboliae huic exprimendae aptum, nec vehementer quaerendum putavi: περαίνειν est dialecticum, significatque, ut Latinum *efficere*, concludere aliquid & demonstrare ex sumtis quibusdam. vid. *Kuhn.* ad *Diog. Laërt.* 7, 45. & quem laudat *Sextum Empir. Math.* 8, 436. Inde est ἀπέραντος λόγος, qui non recte concludit, ap. eundem Sextum Math. 8, 429. & 10, 96. Sed περαίνειν etiam obscoenum est, ut *confici* Latinorum. Vid. *Diog. Laërt.* 2, 127. & 4. 34. *J. M. G.*

3. Καὶ γὰρ ἄνδρα ἔχεις] Vertitur: *Etenim virumne habes?* pro: *Et sane virum habes:* hanc vim habet τὸ γὰρ. *M. V. la Croze.*

Ibid. Ἄνδρα ἔχεις] Dixi ad illud Petron. *quaque virum quaerunt.* *J. B.*

5. Ἐσθῆτα — ἀνθεινὴν] Innuit hisce Lucianus, solis Ludorum victoribus id concessum. Vid. quae supra ad Nigr. c. 8. a me sunt annotata. *M. du S.*

20. Δακτύλιον] De hac dictione alibi. *J. B.*

Δακ-

ma, & imagine, eum reciperet. Venit adoleſcentulus formoſus, ſe perdidiſſe dicens. Cum vero ſani nihil diceret, *Abi*, *puer*, inquit, *& tuum ipſius anulum ſerva: hunc quidem non perdidiſti!*

18. De Romano Senatu aliquis Athenis filium ipſi ſuum oſtendens formoſum valde, ſed effeminatum fractumque, *Saluta te*, inquit, *filius hic meus.* Et Demonax, *Pulcher*, inquit, *& te dignus, & matris ſimilis.*

19. Cynicum illum in urſi pelle philoſophantem, non Onoratum, quod illi nomen erat, ſed Arceſilaum vocari volebat.

20. Interrogante quodam, *Quis ipſi finis felicitatis videretur? Solum felicem*, ait, *liberum:* illo vero dicente, *multos liberos eſſe; At ego*, inquit, *illum puto, qui neque ſperet quidquam, neque metuat.* Ille, *Et quomodo quis illud poſſit? Omnes enim ut plurimum hiſce rebus ſervimus. Quin ſi perſpicies*, inquit, *res hominum, deprehendes, il-*

αὐτῷ, ᾗ λίθον, ᾗ τύπον, ἀπολαμβάνειν· ἦκεν ἤν τις μειρακίσκος ὡραῖος, αὐτὸς ἀπολωλεκέναι λέγων· ἐπεὶ δὲ ὑδὲν ὑγιὲς ἔλεγεν, Ἄπιθι, ἔφη, ὦ παῖ, ᾗ τ' ἑαυτῷ δακτύλιον φύλαττε, τοῦτον γὰρ οὐκ ἀπολώλεκας.

Τῶν δὲ ἀπὸ τῆς [c] Ῥωμαίων βουλῆς τις Ἀθήνησιν υἱὸν αὐτῷ δείξας πάνυ [d] ὡραῖον, [e] Θηλυδρίαν δὲ ᾗ ἀγκεκλασμένον, Προσαγορεύει σε, ἔφη, ὁ ἐμὸς υἱὸς οὑτοσί· καὶ ὁ Δημώναξ, Καλὸς, ἔφη, ᾗ σοῦ ἄξιος, ᾗ τῇ μητρὶ ὅμοιος.

Τὸν δὲ Κυνικὸν, ἐν ἀρκτῇ δέρματι φιλοσοφοῦντα, οὐκ [f] Ὀνώρατον, ὥσπερ ὠνομάζετο, ἀλλ' [g] Ἀρκεσίλαον καλεῖν ἠξίου.

Ἐρωτήσαντός τινος τίς αὐτῷ ὅρος εὐδαιμονίας εἶναι δοκεῖ, μόνον εὐδαίμονα, ἔφη, τὸν ἐλεύθερον· ἑνὸς δὲ φήσαντος, πολλοὺς ἐλευθέρους εἶναι, Ἀλλ' ἐκεῖνον νομίζω, φησὶν, οὔτε ἐλπίζοντά τι, οὔτε δεδιότα. Ὁ δὲ, Καὶ πῶς ἂν, ἔφη, τοῦτό τις δύναιτο; ἅπαντες γὰρ ὡς τὸ πολὺ τούτοις δεδιλώμεθα. Καὶ μὴν, ἔφη, εἰ καταγνοίης τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, εὕροις ἂν αὐτὰ ὄντα ἐλπίδος,

c Ῥωμαίων] Ῥωμαίου male *F.* d Ὡραῖον] Ὡραῖων male *F.* e Θηλυδρίαν] Θηλυδρ. male *B2.* f Ὀνώρατον] Ὀνόρατον *B2.* ſola. g Ἀρκεσίλαον] Ἀρκησίλαον male *P.* ſola.

20. Δακτύλιον φύλαττε] Εἰς τ' ἀφιεμένου ἀπίσκοψε ᾗ φ δακτύλιος λέγει *C* αὐτός. *V.*

Δακτύλιον] Notae *Bourdelotianae* adſcripſerat *M. V. la Croze.* Semper alibi. *Voila bien des* alibi *forains.* Indicat Vir Cl. idem quod Cl. *Hemſterh.* T. I. ad *Nigrin.* ait: *Bourdelotio* ſolemne eſſe tractationem eorum quae neſcit, alio remittere. *J. F. R.*

29. Ὀνόρατον] Latinum nomen eſſe certum eſt; aſpirare tamen noluimus, ut ſcripturam veterem, qualem in libris reperi, repraeſentarem. Niſi forte conjectura Editoris *B2.* uti malis, qui Ὀνόρατον fecit. *M. du S.*

Οὐκ Ὀνόρατον] An fuit ἐχ Ὀνωράτου, Latinum nomen, *Honoratum?* *J. M. G.*

30. Ἀρκεσίλαον] Ridet hoc nomine pellem urſinam, quam ille geſtabat; nec illa opus eſt mutatione, quam Ed. P. excogitavit. Certe ſic iocus peribit, quo ad Philoſophum celebrem inter Academicos etiam reſpicitur, de quo *Diog. Laërt.* IV. p. 103. *M. du S.*

Ἀλλ' Ἀρκεσίλαον] Frigida, niſi quid me fugit, ad primam ſyllabam nominis cum ἄρκτῳ convenientem alluſio. Sed ſunt pluſcula ex hoc genere, quo delectabantur non Graeculi modo, ſed Graeci, & ipſe Socrates. Certe in Cratylo multa ſunt frigidiora etiam. *J. M. G.*

Ἀρκεσίλαον] Ablancurtius: *Arceſilas* vel *Arcteſilas*; nam ἄρκτος ſignificat *Urſum.* Et ſic ſupra in *Alex.* vidimus ἀρκεῖος & ἀρκτεῖος. Quare ſi *Pariſ.* Edit. hic Ἀρκτεσίλαον pro ſuo Ἀρκησίλαον dediſſet, non video cur jocus periiſſet. Ἀρκεσίλαος apud *Diog. Laërt.* ſine π compluribus locis ſcribitur. *Perſius* vero Sat. III. 79. *Arceſilas.* At in nomine ficto quis dixerit praeſtetne Ἀρκτεσ— non Ἀρκεσ—? *J. F. R.*

35. Μήτε ἐλπίζοντα, μήτε δεδιότα] Conf. ſupra, *Alex.* c. 8. *M. du S.*

45. Οὐ

δ@, ὅτε φόβε ἄξια, παυσαμένων πάν-
των τῶν ἀνιαρῶν, καὶ τῶν ἡδέων.

las neque spe neque metu dignas, cum desinant omnino molesta pariter & jucunda.

Περεγρίνε δὲ τῦ Πρωτέως ἐπιτιμῶντ@ αὐτῷ, ὅτι ἐγέλα τὰ πολλὰ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις προσέπαιζε, καὶ λέγοντ@, Δημώναξ ὁ κυνᾶς, ἀπεκρίναλο· Περεγρῖνε, οὐκ ἀνθρωπίζεις.

21. Peregrino illo Proteo increpante, quod multum rideret, atque alluderet hominibus, ac dicente, *Demonax non agis canem* (Cynicum) respondit, *Peregrine, non agis hominem!*

Καὶ μὴν καὶ Φυσικόν τινα περὶ τῶν ἀντιπόδων διαλεγόμενον, ἀναστήσας, καὶ ἐπὶ φρέαρ ἀγαγὼν, καὶ δείξας [a] αὐτῷ τὴν ἐν τῷ ὕδαλι σκιὰν, ἤρελο, Τοιῦτος ἄρα τὺς ἀντίποδας εἶναι λέγεις;

22. Verum Physicum quendam, de antipodibus disputantem, excitavit, & ad puteum deducto ostendit in aqua umbram, interrogans: *Tales igitur ais esse Antipodas?*

Ἀλλὰ καὶ μάγυ τινὸς εἶναι λέγοντ@, καὶ ἐπῳδὰς ἔχειν ἰσχυρὰς, ὡς ὑπ' αὐτῆς ἅπαντας ἀναπείθειν, καὶ παρέχειν αὐτῷ ὁπόσα βούλε@, Μὴ [b] θαύμαζε, ἔφη, καὶ γὼ αὐτὸς ὁμότεχνός εἰμί σοι, καὶ εἰ βούλει, ἕπε πρὸς τὴν ἀρτόπωλιν, καὶ ὄψει με διὰ μιᾶς ἐπῳδῆς, καὶ μικρῷ τῷ φαρμάκῳ πείθοντα αὐτὸν δοῦναί μοι τὸν ἄρτον· αἰνιττόμεν@ τὸ νόμισμα, ὡς τὰ ἴσα τῇ ἐπῳδῇ δυνάμενον.

23. Cum aliquis magum se esse diceret, & carmina habere potentissima, quibus persuadere posset omnibus, ut praeberent sibi quaecunque vellet: *Noli admirari*, inquit; *Nam & ego artis tuae sum: &, si vis, sequere ad panum venditricem, & videbis, uno me carmine, & panxillo veneno, inducere illam ut panem mihi det*, nummum indicans, cujus eadem quae carminis vis esset.

Ἐπεὶ δὲ Ἡρώδης ὁ πάνυ, ἐπένθει τὸν Πολυδεύκη πρὸ ὥρας ἀποθανόντα, καὶ ἡνίε ὄχημα ζεύγνυσ αὐτῷ, καὶ ἵππυς [c] παρίσασ ὡς ἀναδησομένῳ, καὶ δεῖπνον παρα-

24. Cum Herodes ille celeberrimus Pollucem suum lugeret ante pubertatem defunctum, juberetque currum illi jungi, & equos adstare tanquam conscensuro, & coenam

a Αὐτῷ] Sic *H. 1. 2. J. S.* Αὐτοῦ *P.* *b* Θαύμαζε] Sic habere Edd. omnes notavit *M. du S.* *c* Παρίσασ] Παρίσαθαι male *J.* sola.

45. Οὐ κυνᾶς] Deleo frigidam illam, immo absurdam interrogationis notam, quae libros ferme omnes insidet, & versionem ipsam postremam foedarat. *M. du S.*

Οὐ κυνᾶς] Haec ante sic male interpuncta legebantur: ὁ κυνᾶς; —— οὐκ ἀνθρωπίζεις; &c. *J. F. R.*

47. Καὶ μὴν & Φυσ. τ. π. τ. ἀντιπόδων διαλεγόμενον] *Tzetzes* in Chiliadibus. *AE. M.* Notavit idem *Gujetus.* *J. F. R.*

Ibid. Περὶ τ. ἀντιπόδων] Ridet itaque eorum sententiam, qui . . . uti & *Eὐχ.* c. 44. Riserunt etiam Patres multi (vid. *Rittersh.* p. 45.) unde hoc saltem discere licet, cavendum viris bonis, ne dum quae non intelligunt, vituperant, risum & jocum peritioribus praebeant. *M. du S.*

48. Ἀναστήσας] H. e. postquam excitasset (Physicum illum) non vero *surgens*, ut habebat versio. *L. Bos.*

55. Θαυμάζω] In omnibus θαύμαζε, legitur; quo quid absurdius dici potest? Nisi forsan θαῦμά γε a prima manu fuerit. *M. du S.*

Θαύμαζε] Θαυμάζω voluisse legere *Solanum*, ex ejus nota video; licet ipsum contextum non mutaverit; sed quia deinde rectius conjicit, etiam θαῦμά γε legi posse, ideo vulgatam intactam reliqui. *J. F. R.*

61. Ἡρώδης] *Atticus.* Hujus Herodis *Gellius*, *Spartianus*, *Pausan.* & alii meminere, & *Philostrat.* in Sophist. *G. C.*

Ἡρώδης] Notissimus hic ex *Philostrato*, *Gellio* & aliis. *M. du S.*

Ibid. Πολυδεύκη] Atqui *J. Pollux* Onomastici auctor annos vixerat LVIII. teste *Philostrato* in ejus vita p. 593. & *Suida*. Cumque *epithalamium* Commodo Crispinam ducenti scripsisse tradatur a *Suida*, post an. Chr. 178. mortuum oportet statuamus (v. *Dio* LXXI. p. 814. & *Capitol.* Marco p. 134. A.) Immo *Philostratus* ad Commodi ipsius imperium deducit, cum tradit eum suggestu Athenis ab eo donatum: *Soph.* p. 593. Verissimum igitur est, quod a Doctissimo Philostrati interprete acute observatum esse video, alium *Pollucem* intelligi, eumque aut servum, aut libertum He-

nam parari, accedens, *A Polluce*, inquit, *adfero tibi epistolam.* Delectato autem illo, atque putante, pro communi reliquorum ratione, & ipsum suo subservire morbo, dicenteque: *Quid ergo, Demonax, Pollux postulat? Accusat te*, inquit, *quod non jam ad ipsum abeas.*

25. Idem lugenti filium, & in tenebris se concludenti, accedens dixit, *Magnum se esse, & posse ipsi evocare filii umbram, modo sibi tres quosdam homines nominaret, qui neminem unquam luxerint.* Multum autem illo dubitante & haerente; neque enim habebat, opinor, quem talem nominaret, *Tum tu*, inquit, *ridicule, solum te intolerabilia pati arbitraris, cum tamen expertem luctus videas neminem?*

26. Etiam illos risu solebat excipere, qui in congressibus uterentur antiquatis omnino peregrinisque nominibus. Uni ergo interrogato a se aliquid, & supra modum Attice respondenti, *Equidem te jam nunc*, inquit, *interrogavi: at tu mihi tanquam sub Agamemnone respondes.*

27. Dicente sodalium quodam, *Abeamus, Demonax, in Aesculapii, & oremus*

προσελθὼν, φησὶ Πολυδεύκης, ἔφη, κομίζω σοί τινα ὀπισολήν. ἡδέντος δὲ ἐκείνου, καὶ οἰηθέντος ὅτι καὶ τὸ κοινὸν καὶ αὐτὸς τοῖς ἄλλοις συντρέχει τῷ πάθει αὐτῦ, καὶ εἰπόντος· Τί οὖν, ὦ Δημώναξ, Πολυδεύκης ἀξιοῖ; Αἰτιᾶταί σε, ἔφη, ὅτι μὴ ἤδη πρὸς αὐτὸν ἄπει.

[d] Ὁ δ' αὐτὸς υἱὸν πενθοῦντι, καὶ ἐν σκότῳ ἑαυτὸν καθείρξαντι, προσελθὼν ἔλεγε, μάγος τε εἶναι καὶ δύνασθαι αὐτῷ ἀναγαγεῖν τοῦ παιδὸς τὸ εἴδωλον, εἰ μόνον αὐτῷ τρεῖς τινας ἀνθρώπους ὀνομάσειε, μηδένα πώποτε πεπενθηκότας. Ὀκνοῦντος δὲ ἐκείνου ἐνδοιάσαντος, καὶ ἀποροῦντος, ὡς γ' εἰκός τινα, οἶμαι, εἰπεῖν τοιοῦτον, εἶτ' ἔφη, Ὦ γελοῖε, μόνον ἀφόρητα πάσχειν νομίζεις, μηδένα ὁρῶν πένθους ἄμοιρον;

Καὶ μὴν καὶ ἐκείνων καταγελᾶν ἠξίου, τῶν ἐν ταῖς ὁμιλίαις πάνυ ἀρχαίοις καὶ ξένοις ὀνόμασι χρωμένων. ἑνὶ γοῦν ἐρωτηθέντι ὑπ' αὐτοῦ λόγον τινὰ, καὶ σοφιστικῶς ἀποκριθέντι· Ἐγὼ μέν σε ἔφη, ὦ ἑταῖρε, νῦν ἠρώτησα, σὺ δέ μοι ὡς ἐπ' Ἀγαμέμνονος ἀποκρίνῃ.

Εἰπόντος δέ τινος τῶν ἑταίρων, Ἀπίωμεν Δημώναξ εἰς τὸ Ἀσκληπιεῖον, καὶ προσευξώ-

[d] Ὁ δ' αὐτὸς] Constans Edd. lectio.

Herodis, ut vult ad p. 558. aut certe *alumnum* discipulumve, cum inter τροφίμους, quos impense amaverat, ibi recensetur. De luctu ejus vide omnino *Philostratum* in voce *Herod.* p. 558. ubi & statuas venantis posuisse ait, quod huc facere existimo. *M. du S.*

63. Ὄχημα . . . ὡς ἀναβ.] Locum hunc mire illustrat *Philostrati* locus p. 558. ubi de hoc ipso *Polluce* cum Achille & Memnone, quos impense Herodes amaverat, verba faciens, scribit: εἰκόνας γοῦν ἀνατίθει σφῶν ἑκάστων, καὶ τιθηνικάτων, καὶ ἑκατοντάτων. τὰς μὲν ἐν ἁρμοῖς, τὰς δ' ἐπ' ἀγροῦ, τὰς δὲ πρὸς πυγαῖῳ, τὰς δὲ ὑπὸ σκιαῖς πλατάνων, ὅτε ἀφανῶς, ἀλλὰ ξὺν ἁρμῷ τῷ ἀβεσιόψοντος, ἢ κυνήσοντος. *M. du S.*

Ibid. Ζεύγνυσι αὐτῷ] An Πολυδεύκει; *F. G.*

64. Διῶκον παρασκ.] Idem aliis verbis infra §. 33. ὡς ζῶντας ἰχθῦς. Sed in *Act. Apost.* X. 10. καὶ ἤθελε γεύσασθαι· παρασκευαζόντων δὲ ἐκίνουν, ἐκστάσει ἐπ' αὐτὸν Ad quae verba Rev. *Jac. Elsn.* hoc Luciani aliudque ex *Catapl.* aliisque adfert, qui probet ὀψαρτυσίαν esse *parare quid in prandium.* *J. F. R.*

72. Ὁ δ' αὐτὸς] *Vorstius* τῷ δ' αὐτῷ; sed frustra. cum constet Herodi filium unicum fuisse, quem superstitem reliquit. Vid. *Philostr.* p. 558. De eodem credo *A. Gellium* loqui XIX. 12. *M. du S.*

Ibid. Υἱὸν πενθ.] *Philostratus* tradit, unicum ei fuisse filium, qui patri superstes fuit, p. 558. Sed idem de *Polluce* aliisque duobus ita loquitur, quasi ab eo fuerint adoptati, cum ait: ὃς ἴσα γνησίοις ἐπέθυσε. Ego itaque horum unum hic intelligendum existimo. *Philostratus* autem, qui aliorum dicta eam in rem memoriae mandavit, Demonactis nullibi meminit. *M. du S.*

75. Τρεῖς . . . .] Vide *Juliani* Imperatoris Epist. XXXVII. ubi similem habes de Dario & Democrito narrationem. *M. du S.*

89. Ἀσκληπιεῖον] Vide Ἑρμ. c. 37. & *Suid.* *M. du S.*

εὐξώμεθα ὑπὲρ τῆ υἱῆ. Πάνυ, ἔφη, καφὸν ἡγῆ τ' Ἀσκληπιὸν, εἰ μὴ δύνα) καὶ τεῦθεν ἡμῶν εὐχομένων ἀκούειν.

pro filio, Utique, inquit, surdum judicas Aesculapium, si non potest hinc etiam orantes audire,

Ἰδὼν δέ ποτε δύο τινὰς Φιλοσόφους κομιδῆ ἀπαιδεύτους ἐν ζητήσει ἐρίζοντας, καὶ τὸν μὲν ἄτοπα ἐρωτῶντα, τὸν δὲ οὐδὲν πρὸς λόγον ἀποκρινόμενον· Οὐ δοκεῖ ὑμῖν, ὦ φίλοι, ἔφη, ὁ μὲν ἕτερος τούτων τράγον ἀμέλγειν, ὁ δὲ αὐτῷ κόσκινον ὑποτιθέναι;

28. Videns aliquando duos quosdam philosophos omnino indoctos in disputatione contendere, & alterum quidem absurda objicere, alterum nihil quod ad rem faceret respondere, *Nonne videtur vobis*, inquit, *amici, alter horum mulgere hircum, alter cribrum ei supponere?*

Ἀγαθοκλέους δὲ τοῦ Περιπατητικοῦ μέγα φρονοῦντος, ὅτι μόνος αὐτός ἐστι καὶ πρῶτος τῶν Διαλεκτικῶν, ἔφη, Καὶ μήν, ὦ Ἀγαθόκλεις, εἰ μὲ πρῶτος, οὐ μόνος, εἰ δὲ μόνος, οὐ πρῶτος.

29. Agathocle Peripatetico gloriante, *solum se & primum dialecticorum, Quin tu*, inquit, *Agathocles, si quidem primus, non solus: si vero solus, non primus.*

Κεθήγου δὲ τῷ ὑπάτῳ, ὁπότε διὰ τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν Ἀσίαν ἀπήει πρεσβεύσων τῷ πατρὶ, πολλὰ καταγέλαστα καὶ λέγοντος καὶ ποιοῦντος, ἐπειδή τις ἑταίρων τις ὁρῶν ταῦτα ἔλεγεν, αὐτὸν μέγα κάθαρμα εἶναι, Μὰ τὸν Δί', ἔφη ᵇ ὁ Δημώναξ, οὐδὲ μέγα.

30. Cethego Consulari, cum per Graeciam in Asiam pergeret legatus patri futurus, ridicula multa & dicente & faciente; atque sodalium ipsius uno, qui ista videret, dicente: *magnum eum purgamentum esse; Medius fidius*, inquit Demonax, *ne magnum quidem.*

31. Apol-

ᵃ Ἀπαιδεύτους] Ita Edd. omnes. ᵇ Ὁ Δημ.] Sic *Jens.* & *B2.* Ὦ Δημ. Edd. rell. male.

94. Ἀπαιδεύτους] Forsan ἀπαιδεύτως. *M. du S.*

99. Ἀγαθοκλέους] Peripateticus hic, de quo nihil invenio. Alium Agathoclem, Stoicum alibi memorat Ἰκαρ. c. 16. Cynicum alium Τοξ. c. 12. & f. Alium medicum Καλαπλ. c. 6. *M. du S.*

5. Κεθήγου δὲ τῷ ὑπατ.] Anno Chr. CLXXII. Cethegum Consulem invenio. *M. du S.*

6. Πρεσβ. τῷ πατρὶ] An & apud alios hoc sensu inveniatur, dubito, Graecos scilicet, nam Romanis familiare est. *M. du S.*

8. Ἐπειδή τις ἑταίρων τις ὁρῶν ταῦτα, ἔλεγεν αὐτὸν μέγα κάθαρμα εἶναι, Μὰ τὸν Δί', ἔφη ὁ Δημώναξ, οὐδὲ μέγα.] Sic legendum. Vulgo ὦ Δημώναξ male; ipse id dixit Demonax. Scilicet enarrat Lucianus multa, quae Demonax vario tempore, tempestive de quibusdam vel hominibus vel rebus dixerit responderitve: inter alia etiam hoc; nimirum cum Cethegus quidam consularis multa ridicula & diceret & faceret, ac aliquis sociorum magnum eum esse scelus diceret, ajebat Demonax, *Ne magnum quidem*, scilicet eum esse scelus. *J. J.*

10. Ὁ Δημώναξ] Sic *B2.* recte. Reliqui Libri ὦ, prave. *M. du S.*

Ibid. Οὐδὲ μέγα] Illud οὐδὲ μέγα vide apud *Diog. Laërt.* 148. C. *nihil mirum.* Et apud ipsum Nostrum Φιλοψ. c. 16. οὐ μέγα. Θαῦμα scilicet, vel simile quid subintelligitur. Hoc autem dicto haud dubie patrem hujus petit; quasi diceret; nec mirum est, tali patre ortum tam stultum esse filium. *M. du S.*

14. Μετάκειμαι] *Capitolinus* in Antonino Pio c. X. *Cujus avaritiam etiam in mercedibus notavit.* (vide *Casaubonum* ad eum locum notas.) Hinc est quod *eum* hic Demonax *cum agmine suo aureum vellus petere ait*; joco duplici, alludit enim etiam ad alium Apollonium, cujus Argonautica nota. *M. du S.*

Ibid. Ἐπὶ παιδείᾳ τῇ βασιλεῖ συνοδεύω] Interpt. *ut regis esset praeceptor.* Pro *regis* potius repone, *Imperatoris.* Imperatores autem Romanos Graecis scriptoribus βασιλεῖς appellari, res est nota. Infra pag. seq. recte haec verba transtulit, ὁ βασιλεὺς με τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ τετίμηκεν. *Imperator me Romanorum civitate donavit.* *H. V.*

15. Προήρχεται, ἔφη, ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ οἱ Ἀργοναῦται αὐτοῦ] Jocus est in voce *Argonauta.* Nam Apollonium & ejus discipulos insimulabat avaritiae, utpote qui Romam cum magistro ad Imperatorem ibant, ut divites ibi fierent, sicut Argonautae ad vellus aureum, de qua expeditione extat egregium poëma omnibus notum Apollonii alterius, ad quod alludit. *J. P. a G.*

16. Ἀπολλώνιος . .] Alludit ad alium Apollonium, cujus *Argonautica* hodieque exstant. *M. du S.*

Ἀπολλώνιος ὁ οἱ Ἀργοναῦται.] Dubitat *Gresollius* Thea-

31. Apollonium aliquando Philoſophum cum videret multis cum diſcipulis exeuntem, ibat autem arceſſitus, ut inſtitutionis cauſſa cum Imperatore eſſet: *Accedit*, inquit, *Apollonius, cum ſuis Argonautis.*

32. Interrogante alio, *Utrum immortalis illi videatur anima? Immortalis*, inquit, *ſed ut omnia.*

33. *De Herode dicebat, verum dicere Platonem, non unam nos animam habere. Neque enim ejusdem eſſe animae, Regillam & Pollucem* (mortuos) *ut viventes convivio excipere, & talia declamare.*

34. Auſus eſt aliquando publice interrogare Athenienſes, audita illa denuntiatione, *Propter quam cauſſam excludant ſacris Barbaros, idque, cum conſtituerit illis initia Eumolpus, Barbarus e Thracia?*

Καὶ Ἀπολλώνιον δέ ποτε τὸ φιλόσοφον ἰδὼν μετὰ πολλῶν τῶν μαθητῶν ἐξελαύνοντα, ἤδη δὲ ἀπὴει μετάπεμπτος, ὡς ὅτι παιδείᾳ τῷ βασιλεῖ συνεσόμενος. Προσέρχεται, ἔφη, ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ οἱ Ἀργοναῦται αὐτῷ.

Ἄλλου δέ ποτε ἐρομένου, εἰ ἀθάνατος αὐτῷ ἡ ψυχὴ δοκεῖ εἶναι; Ἀθάνατος, ἔφη, ἀλλ' ὡς πάντα.

Περὶ μύθου Ἡρῴδου ἔλεγεν ἀληθεύειν τὸν Πλάτωνα φάμενον μίαν ἡμᾶς ψυχὴν ἔχειν, οὐ γὰρ εἶναι τοῦ αὐτοῦ ψυχῆς, [c] Ῥηγίλλαν καὶ Πολυδεύκη ὡς ζῶντας ἑστιᾶν, καὶ τὰ τοιαῦτα μελετᾶν.

Ἐτόλμησε δέ ποτε καὶ Ἀθηναίους ἐρωτῆσαι δημοσίᾳ, τοῦ παῤῥήσεως ἀκούσας, διὰ τίνα αἰτίαν ἀποκλείουσι τοὺς βαρβάρους, καὶ ταῦτα, τῆς τελετῆς αὐτοῖς καταστησαμένου Εὐμόλπου, βαρβάρου καὶ Θρᾳκὸς ὄντος.

Ἐπεὶ

c Ῥηγιλλαν] Ut *Marcil.* voluit, edidi. Ῥηγίλαν Edd. priores.

Theatro Rhett. 4, 11. extr. utrum hoc laudis cauſa dixerit Demonax, tanquam florem Graeciae, an exprobrandae pigritiae, ut Latinus poëta: *Non nautas puto vos, ſed Argonautas* (Martial. 3, 67.) ſed mihi ſimpliciter reſpicere videtur ad ſtuporem Imperatoris, *oviculae*, & avaritiam inhiantium aureo ipſius velleri philoſophorum &c. Tanto autem facilius hoc in mentem venire illi poterat, quod *Apollonii* Argonautica nota ſunt. *J.M.G.*

19. Ἀλλ' ὡς πάντα] Ut enim nihil fit in philoſophia iſta, ita nihil perit. *Hippocr.* de Diaeta 1, 5, 13. Heraclitica ratione, Ἀπόλλυ μὲ ὑδὼρ ἀπάντων χρημάτων, ὑδὼρ γίνεται, ὁ, τι μὴ ἐ πρόσθεν ἦν. ξυμμισγόμενα δὲ ἐ διακρινόμενα ἀλλοιοῦται κ. τ. λ. *J.M.G.*

22. Ῥηγίλαν, καὶ Πολυδεύκη] Ῥηγίλλαν ἐ Π. *Th.M.*

Ῥηγίλαν] Recte vidit *Marcilius* in his verbis εἶναι τοῦ αὐτῆς ψυχῆς Ῥηγίλαν ἐ Πολυδεύκη, legendum eſſe Ῥηγίλλαν. Regilaum enim nemo novit, nemo illius mentionem fecit. Regilla vero fuit uxor Herodis Sophiſtae, uti conſtat ex Philoſtrato, & inſcriptione antiqua, quam illuſtravit Cl. *Salmaſius*. *J.G.G.*

Ῥηγίλλαν] De Herode & Rhegilla uxore fuſe *Salmaſius* ad Rhegillae inſcriptionem ab eo editam. Herodem *Attici* a Graecis dictum ex *Philoſtrato* obſervat, quem Romani Herodem *Atticum* vocabant, ut in *Torquato & Attico Coſſ.* p. 99. Duas filias amiſit ex IV. liberis (Inſcr.) Apud *Philoſtr.* p. 558. leguntur tantum *tres*. Praegnantem mortuam cum foetu, poſt mortem unius filiae, conjicit *Salmaſ.* p. 96. vid. *Salmaſ.* ad Spartian. p. 77. *Sponii* Miſcel. p. 321—7. Non ante annum Chr. CLX. obiiſſe conſtat. Vid. *Joh. Maſſ.* Exc. ined. ad Pauſan. Theatrum ei exſtruxit, de quo *Philoſtratus* in vita ejus p. m. 551. ipſe Herodes ſe ὑπερτενθῆναι λανθανοῦσαν, ait ibid. 556. & paulo poſt; παρῆν αὐτῷ πομπὴ ἀμφιθεάτρου τὸ πένθος. Inſcriptiones has Herodis iterum prodiiſſe audio Londini A. 1722. cum ſelectis Caſauboni & Salmaſii notis, novisque Editoris Mettarii, inter Miſcellanea Graecorum aliquot ſcriptorum carmina. *M.du S.*

23. Πολυδ.] Vide ſupra ad cap. 24. *M.du S.*

Ibid. Ἐτῶν .] Heroibus id quotannis publice fiebat. Vid. *Maxp.* c. 21. *Thucyd.* III. p. 58. 2. V.c. 11. VII. c. 11. *Plut.* in Timol. 464. 2. & *Plat.* 353. 2. Privatis etiam licuiſſe, ſi cui tantae ſuppeterent facultates, ſuis parentare ad eundem modum, probabile eſt. Quae autem filii parentibus mortuis praeſtare legibus Atticis tenebantur, ſemel fieri ſatis erat. Vid. *Potter.* 164. 2. Orationem tamen funebrem quotannis iteratam idem opinatur 247. De inferiis iſtis vid. Ἐπιστ. c. 22. *M.du S.*

26. Προῤῥήσεως] Ergo integra ea non eſt, quam habemus. Ἀλεξ. c. 38. *M.du S.*

29. Εὐμόλπου] Dico alibi. *J.B.*

Εὐμόλπου] Inſignis ea de re eſt *Euripidis* locus, interpretibus non ſatis intellectus in Rheſo 941. Ibi enim de Athenis agitur, quamvis Cl. *Barneſio* aliter viſum fuerit, qui Thamyrim intelligit. *M.du S.*

Ἐπεὶ δέ ποτε πλεῖν μέλλοντι αὐτῷ ἀφ' χειμῶνος, ἔφη τις τῶν φίλων, Οὐ δέδοικας μὴ ἀναρπέντος σου τὸ σκάφος, ὑπὸ ἰχθύων καταβρωθῇς; κἄτα, ἀγνώμων ἂν εἴην, ἔφη, ὀκνῶν ὑπὸ ἰχθύων καταδαπανηθῆναι, τοσούτους αὐτὸς ἰχθῦς καταφαγών.

35. Cum navigaturo per hiemem diceret amicorum aliquis, *Non metuis, ne everſo navigio devoreris a piſcibus? Tum ingratus fuerim*, inquit, *ſi gravarer conſumi piſcibus, qui ipſe multos adeo piſces epulatus ſim.*

Ῥήτορι δέ τινι κάκιστα μελετήσαντι, συνεβούλευσεν ἀσκεῖν, καὶ γυμνάζεσθαι· τοῦ δὲ εἰπόντος, Ἀεὶ ἐπ' ἐμαυτοῦ λέγω· Εἰκότως τοίνυν, ἔφη, τοιαῦτα λέγεις, μωρῷ ἀκροατῇ χρώμενος.

36. Rhetori cuidam peſſime declamanti conſuluit exercere ſe, & meditari. Hoc autem dicente: *Semper apud me dico; Non igitur mirum eſt*, inquit, *talia te dicere, qui ſtultum adeo auditorem adhibeas.*

Καὶ μάντιν δέ ποτε [a] ἰδὼν δημοσίᾳ ὀβολῷ μισθὸν μαντευόμενον, Οὐχ ὁρῶ, ἔφη, [b] ἐφ' ὅτῳ τὸν μισθὸν ἀπαιτεῖς· εἰ μή γ' ὡς ἀλλάξαι τι δυνάμενος τῶν ὀψικεχλωσμένων, ὀλίγον αἰτεῖς, ὁπόσον ἂν αἰτῇς· εἰ δὲ ὡς δέδοκται τῷ θεῷ, πάντα ἔσται, τί σοι δύναται ἡ μαντική;

37. Divinatorem videns publice accepta mercede divinantem, *Non video*, inquit, *pro qua re mercedem repetas. Si enim, ut qui mutare aliquid poſſis de fatis, parum nimis exigis, quantumcunque exigas. Sin vero ut decretum Deo eſt, ſic erunt omnia; tua quid prodeſt divinatio?*

Πρεσβύτου δέ τινος Ῥωμαίου εὐσωματοῦντος, καὶ τὸ ἐνόπλιον αὐτῷ μάχην πρὸς πάσσαλον ὑποδειξαμένου, καὶ ἐρομένου, Πῶς σοι Δημώναξ μεμαχῆσθαι ἔδοξα; Καλῶς, ἔφη, ἂν ξύλινον τὸν ἀνταγωνιστὴν ἔχῃς.

38. Sene quodam Romano, corporis bene curati, armatam ipſi pugnam ad palum oſtendente, atque interrogante, *Quomodo tibi, Demonax, pugnaſſe videor? Praeclare*, inquit, *ligneum ſi hoſtem habueris.*

Καὶ μὴν καὶ πρὸς τὰς ἀπόρους τῶν ἐρωτήσεων, πάνυ εὐτρόχως παρεσκεύαστο. ἐρομένου γάρ τινος ὑπὲρ χλευασμοῦ, εἰ χιλίας

39. Etiam ad difficiles quaeſtiones acute admodum paratus erat. Per ludibrium enim interrogante quodam, *Si mille minas lignorum*

a Κἄτα] Deeſt in *Fl.* Adeſt in reliqq. Κἄτα *J.* & P. ſine puncto ſubſcripto. b Ἰδὼν] Sic recte P. & B2. Εἰδὼν *J.* & reliqq. male. c Ἐφ' ὅτῳ] Ἀνθ' ὅτου Ex. *Fl.* At vulgatam etiam ſervat P.

37. Συμβούλευσεν ἀσκεῖν, καὶ γυμνάζεσθαι] Benedictus, *ſuaſit ut exercitationi incumberet.* Opſopœus, *ut frequenti exercitio incumberet.* At quis negare audet ſæpius id ab illo factum? Sed præclarus luſus eſt in Græcis, quæ non tam ſuadent exercitium vel exercitationem, quam manuarias & corporis, non animi & ingenii probationes. Sic in Amoribus de Callicratide. ἐγὼ δὲ ἐν τῷ σώματι γυμνασικός. Et rurſus notabili diſtinctione, πᾶσι δὲ τοῖς φιλοσόφοις ψυχῆς μαθήμασι λιπαρῶς ἐναβλίσας, ἐκείνου ἡ διάνοια τῶν ἐγκυκλίων ἀγυμνάστων κατεθῇ, τὸ σῶμα ταῖς ἐλαθρίοις ἀσκήσεσιν ἐκπονεῖ. *J. G.*

42. Καὶ μάντιν δέ ποτε εἰδὼν] Scribendum ὀβολὸν quod ſequiores depravarunt, cum primae editiones recte habeant. *J. J.*

50. Ἐνόπλιον αὐτῷ μάχην] Vid. ſupra Ὀρχ. c. 8. *M. du S.*

Ibid. Πρὸς πάσσαλον] Idem voluit *Theophraſtus* ſi ejus quidem foetus eſt, cap. II. ὑψιμετρίας, p. 7 B. quum ait, eum καὶ μικρὸν ἀνδριάντα παίζειν. *M. du S.*

58. Στῆσαι — τὴν σποδὸν] In Edit. Blancard. *Th. Magiſtri* τὸν σποδὸν male legitur, ubi is ſub verbo ἵστημι haec Luciani adfert, ac verbum id recte exponit ζυγοστατῶ. Et hoc ſenſu ap. LXX. perſaepe, ut *Esdr.* VIII. 25. Καὶ ἔστησα αὐτοῖς τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ χρυσίον. Verum apertius 2. *Reg.* XIV. 26. καὶ κειρόμενος αὐτὴν ἔστησε τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἀφ' ἑξακοσίους σίκλους. Alibi plene ἔστησεν ὁ ζυγὸς vel σταθμὸς, ut *Job* XXXI. 6. *Eſai.* XLVI. 6. &c. *J. F. R.*

69. Πρόσεστον] Sotades apud *Stobaeum* idem dixit.

Εἰ δὲ βασιλεὺς πάφιος, ὡς ἀηδὼν ἄκουσον.
Ἂν μικρὰν πτύῃς, φλεγμαίνειν (γρ. κρατεῖς) κρατῆ σεσωσῆ.
Ἂν εὐρύπρωτος, ταῦτα πρὸ σοῦ προσέστιον ἔχειν.

Vid. *Gretii* Flor. p. 215. *M. du S.*

72. Ἴσως

rum cremavero, Demonax, quot ibi minae fumi fuerint? Appende, inquit, *cineres; reliquum omne fumus est.*

μνᾶς ξύλων καύσαιμι, ὦ Δημώναξ, πόσαι μναῖ ἂν καπνῷ γένοιντο; Στῆσον, ἔφη, τὴν σποδόν, καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν καπνός ἐστι.

40. Polybio cuidam indocto plane homini, & vitiose loquenti, cum diceret: *Imperator Romana me civitate honoravit: Utinam*, inquit, *Graecum te potius quam Romanum fecisset!*

60 Πολυβίῳ δέ τινι, κομιδῇ ἀπαιδεύτῳ ἀνθρώπῳ καὶ σολοίκῳ, εἰπόντι, Ὁ βασιλεύς με τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ τετίμηκεν· Εἴθε σε, ἔφη, Ἕλληνα μᾶλλον ἢ Ῥωμαῖον πεποίηκεν.

41. Cum praetextatum aliquem videret, latitudine clavi superbientem, ad aurem illius inclinatus, & prehensa veste ostensaque, *Hanc quidem*, inquit, *ante te ovis gestabat, & erat ovis.*

65 Ἰδὼν δέ τινα τῶν εὐπαρύφων, ὅτι τῷ πλάτει τῆς πορφύρας μέγα φρονοῦντα, κύψας αὐτοῦ πρὸς τὸ ὠς, καὶ τῆς ἐσθῆτος λαβόμενος, καὶ δείξας, ἔφη, Τοῦτο μέντοι πρὸ σοῦ πρόβατον ἐφόρει, καὶ ἦν πρόβατον.

42. In balneo cum ingredi in fervente aquam cunctaretur, & ut timidum aliquis accusaret, *Dic mihi*, inquit, *an pro patria subiturus eram?*

70 Ἐπεὶ μέντοι λυόμενος ὤκνησεν εἰς τὸ ὕδωρ ζέον ἐμβῆναι, καὶ ἠτιάσατό τις ὡς ὑποδειλιάσας, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὑπὲρ πατρίδος αὐτὸ ποιεῖν ἔμελλον;

43. Interrogante quodam, *Quid putas agi apud inferos? Expecta*, inquit, *inde tibi rescribam.*

Ἐρομένου δέ τινος, Ὁποῖα νομίζεις εἶναι τὰ ἐν ᾅδου; Περίμεινον, ἔφη, κἀκεῖθέν σοι ὑποστελῶ.

44. Admeto cuidam, malo poëtae, cum diceret scriptum a se epigramma unius versus, quod testamento jussisset suae columellae *sepulcri* inscribi: sed quid prohibet ipsum ponere,

Terra cape Admeti utriculum, Deus exiit ipse!

Ἀδμήτῳ δέ τινι, ποιητῇ φαύλῳ, λέγοντι γεγραφέναι μονόστιχον ἐπίγραμμα, ὅπερ ἐν ταῖς διαθήκαις κελεύσειε ἐπιγραφῆναι αὐτοῦ τῇ στήλῃ, καὶ χεῖρον δὲ καὶ αὐτὸ εἰπεῖν,

Γαῖα λάβ' Ἀδμήτου ἔλυτρον, βῆ δ' εἰς θεὸν αὐτός.

γε-

62. Τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ τετίμηκεν] Οὐ γὰρ ἴσθι * ἔτως εἰπεῖν, ὅτι τῇ Ῥωμαίων ἐτίμησέ με πολιτείᾳ, ἀδιανόητον δὲ τοῦτο ἐστὶν ἄδηλον, ποίᾳ τινὶ εἰσγράψαι αὐτὸν † φρατρίᾳ, ἐκ πολλῶν φρατριῶν τῶν Ῥωμαίων πολιτικὰς συγκεκροτημένης· οἷον Οὐϊττίων, Φλαβίων ‡ Αὐρηλίων, καὶ ἄλλων πλείστων. ὃ γὰρ § καὶ πᾶσαις ἐπολλογραφῆσθαι ἐν ὤν. ἀλλ' εἶπερ ἄρα ἔτως ἐχρῆν εἰπεῖν τῇ Ῥωμαίων εἰσγράψαι πολιτείᾳ. ¶ ἵνα τὸ πλατὺ τῆς αἰρίσεως ἀφελεμβάνηται καὶ αὐτὸς, ἢ ὅτι Ῥωμαῖον βασιλεὺς ἐποίησέ με. τὸ γὰρ αὐτὸ ἐκ τούτου παρισηλοῦτο, ὃ ἐκ αὐτὸς ὁ Δημώναξ ὑπέθετο διορθούμενος, ἅμα δὲ ἐκ σκώπτων, ὡς μὴ ** καθαρῶς ἑλληνίζοντα, Ἕλληνα βουλόμενον εἶναι. V.

* Οὕτως] In V. erat ἔ, & iterum Schol. 8. quod ego pro ἔτως stare existimo. Vide illic notam nostram. *M. du S.*

† Φατρίᾳ] Ita hic, & mox quoque φατριῶν Cod. V. Licet φρατρίᾳ & φρατριῶν Edit. *Cler.* Et melius cum ρ scribitur. *M. du S.* (an ποίᾳ —— φρατρίᾳ; ut mox πολιτείᾳ. *J. F. R.*)

‡ Αὐρηλίων] Sic dedit *Solanus*, sine auctoritate, sed bene; nam Ἀβρηλίων edita; quae tamen non mutassem, si mea fo-

lius auctoritate haec edere susceptissem. *J. F. R.*

§ Καὶ πάσαις] Aberat καὶ in editis. Addidit *M. du S.*

¶ Ἵνα τὸ πλατὺ —— καὶ αὐτὸς] Corrupta haec sunt. *M. du S.*

** Καθαρῶς] Sic dedi ex conjectura, καθαρὸς enim habebant edita, nec varietatis quidquam notarat *Solanus* noster. *J. F. R.*

72. Ὑπὲρ πατρίδος αὐτὸ ποιῆσαι ἔμελλον] Non inepte ad sensum transtulit d'*Ablancourt*: *Il ne s'agit pas*, dit-il, *de mourir pour sa Patrie.* Quasi diceret; nam, si id ageretur, satis patientem ac fortem me praebuissem, nunc nolo esse male fortis. *J. F. R.*

77. Ἀδμήτῳ] Frustra hominem usque adeo obscurum quaesieris. *M. du S.*

80. Οὐ χεῖρον δὲ ἐκ αὐτὸ εἰπεῖν] *Quod referre non fuerit deterius.* Sic habet versio. Verum tu Latine potius dicas: *quod referre ab re non fuerit alienum.* Sic *Lucian.* noster in Dipsad. cap. 6. Et *Aristoph.* Equit. p. 290. *H. V.*

γελάσας εἶπεν· Οὕτω καλόν ἐστιν, ὦ Ἄδμητε, τὸ ἐπίγραμμα, ὥστε ἐβουλόμην αὐτὸ ἤδη ἐπιγεγράφθαι.

ridens dixit: *Adeo pulchrum est, o Admete, epigramma, ut velim illud jam inscriptum esse.*

Ἰδών δέ τις ἐπὶ τῶν σκελῶν αὐτοῦ οἷα τοῖς γέρουσιν ἐπιπίπτει γίγνεσθαι, ἤρετο, τί τοῦτο, ὦ Δημώναξ; ὁ δὲ μειδιάσας, [a] Χάρων με ἔδακεν, ἔφη.

45. Videns aliquis in cruribus illius qualia fere solent accidere senibus, rogarat: *Ecquid hoc Demonax? Ille subridens, Cerberus*, inquit, *me momordit.*

Καὶ μήτοι γε Λακεδαιμονίων τινὰ ἰδὼν τῷ αὐτοῦ οἰκέτῃ μαστιγοῦντα, Παύσαι, ἔφη, ὁμότιμον σαυτοῦ τὸν δοῦλον ἀποφαίνων.

46. Lacedaemonium quendam cum vidisset flagellis caedere servum suum, *Desine*, inquit, *parem tibi honore reddere servum tuum.*

Δαναής δέ τινι πρὸς τὸν ἀδελφὸν δίκην ἐχούσης, Κρίθηθι, ἔφη, εἰ γὰρ εἶ Δαναή, οὐκ Ἀκρισίου θυγάτηρ.

47. Danaë quaedam litem contra fratrem cum haberet, *In jus ambula*, inquit, *neque enim illa es Danaë Acrisii* (injudicati) *filia.*

Μάλιστα δὲ ἐπολέμει τοῖς ὑπὸ πρὸς ἀλή-

48. Maxime autem impugnabat, qui non

[a] Χάρων] Mallem Κέρβερος. *M. du S.* recte adscripsit.

90. Καὶ Λακεδαιμονίων τινὰ] Ἐμάστιζον γὰρ ἑαυτοὺς Λάκωνες τελούμενοι, καὶ εἰς τοῦτο * αὐτὸν ἀποσκώπτει. *V.*

* Αὐτὸν] Conf. Scholion 9. ad verb. προπαιεσθῆναι, ubi ταὐτὸν recte & Attice pro τὸ αὐτὸ legitur. Ideoque & hic forsan sic legendum; quia Grammatici ajunt αὐτὸν pro αὐτὸ Attice numquam dici. Sed cum iidem etiam scribant τοῦτον pro τοῦτο numquam dici, ac *Maittaire* de Dialect. p. 37. tamen ex *Pausan.* p. 281. adferat τοῦτον σίλαγος, Grammaticis tuto confidi non posse dixeris. Verum quum unum exemplum in re ejusmodi nihil probet, ego Grammaticos sequar, donec plura testimonia in contrarium invenero. *J. F. R.*

πολλοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐξεργασάμενοι. καὶ τοίνυν ἐνθένδε αὐτοὶ ἤδη πρὸς τὰ παλαιὰ σκοπεῖτε, εἰ καλῶς ἔχει ὑμῖν πολλοὺς εἰς τὴν Σκυθίαν Ὀρέστας καὶ Πυλάδας καλαίρειν. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖτε τάχιστα ἐν ὕστερ ἀσεβεῖς αὐτοὶ καὶ ἄθεοι γενέσθαι, τῶν καταλοίπων θεῶν τὸν αὐτὸν τρόπον ὑμῖν ἐκ τῆς χώρας ἀποξενωθέντων εἶτ', οἶμαι, ἀντὶ τῶν θεῶν ἁπάντων, τοὺς ἐπ' ἐξαγωγῇ αὐτοῖς ἥκοντας ἄνδρας ἐκθυάσεσθε καὶ ἱερεύσεις ὑμῖν· ὅσια[a] θύσετε ὡς θεοῖς.

Εἰ γὰρ μὴ ἀντὶ τούτων Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ τιμᾶτε, ἀλλ' εἴτῳ τι ἄλλο, ὦ Τόξαρι, ἀγαθὸν ὑμᾶς εἰργάσαντο, ἀνθ' ὅτου πάλαι ποτὲ θεοὺς εἶναι δικαιώσαντες αὐτούς, νῦν τὸ ἔμπαλιν θύσαντες αὐτοῖς, θεοὺς εἶναι νενομίκατε, καὶ ἱερείοις ὀλίγου δεῖν τότε γενομένοις ἱερεῖα νῦν προσάγετε; γελοῖα γὰρ ἂν ταῦτα δόξειε, καὶ ὑπεναντία τοῖς πάλαι.

ΤΟΞ. Καὶ ταῦτα μέν, ὦ Μνήσιππε, γενναῖα τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, ἃ κατέλεξας. τὸ γοῦν, δύο ὄντας, οὕτω μέγα τόλμημα τολμῆσαι, καὶ τοσοῦτον ἀπὸ τῆς αὐτῶν ἀπάραντας, ἐκπλεῦσαι εἰς τὸν Πόντον, ἀπείρατον ἔτι τοῖς Ἕλλησιν ὄντα, πλὴν μόνων τῶν ὅπως τὴν Ἀργῶ ἐς τὴν Κολχίδα στρατεύσαντων, μὴ καταπλαγέντας, μήτε τοὺς μύθους τοὺς ἐν αὐτῷ, μήτε τὴν προσηγορίαν καταδείσαντας, ὅτι ἄξενος ἐκαλεῖτο, οἶα, οἶμαι, ἀγρίων ἐθνῶν θεοκτόνων· καὶ ἐπειδὴ ἐάλωσαν, οὕτως ἀνδρείως χρήσασθαι τῷ στράγματι, καὶ

multos illis reddatis similes. Atque hinc ipsi jam ad antiqua respicite, utrum bene vobis eveniat, multos in Scythiam Orestes & Pyladas appellere. Etenim mihi quidem videmini quam celerrime hac ratione impii ipsi & sine Diis futuri, si reliqui Dii eodem modo e vestra vobis regione in peregrinam abducantur. Nempe deinde puto, pro Diis omnibus viros, qui eorum educendorum caussa venerint, consecrabitis, & sacrilegi qui apud vos fuerint, iis tanquam Diis sacra facietis.

3. Quod si enim non harum rerum caussa Oresten ac Pyladen honoratis; verum aliud forte, Toxari, beneficium vobis praestitere; quo tandem nomine illos, cum olim Deos non haberetis, jam contra ea sacrificando Deos judicastis, atque his, qui parum aberat, quin ipsi fierent tum victimae, victimas nunc offertis? Ridicula enim istaec videri possunt, & rebus olim gestis contraria. T O X. Etiam ista quidem, Mnesippe, generosa illorum virorum *facta*, quae enarrasti. Quod enim, duo cum essent, magnum adeo facinus ausi, longam adeo a sua patria navigationem ingressi, expeditionem in Pontum suscepere, intentatum adhuc Graecis, praeter illos, qui Argo *vecti* bellum Colchidi intulerant; nec perhorrescentes *portentosas* de illo fabulas, neque appellationem timentes, cum Inhospitalis vocaretur, feris nimirum, ut interpretor, populis circum eum habitantibus; quod capti cum essent, viriliter adeo in ea re

a Ὅσια] Non adest in *Fl.*

Vit. Auct. c. 26. No. 6. *Alciphr.* III. Ep. 3. f. μὴ δ' ἂν φθάνωμι λιμῷ καλασκλῆσαι. Ubi negatio tamen pertinet ad priora. *non, etsi prius fame contabescendum esset.* *J. F.R.*

32. Πρὸς τὰ παλαιὰ] Ego haec verba glossam esse τῷ τίττυβον, existimo. *M. du S.*

34. Καταίρειν] Jussit *Solan.* conferri T. I. *Jud. Voc.* §. 1. Ibi invenio καταίρειν ἴσθι μὴ δεῖ. Et patet inde vis verbi καταίρειν, quam supra l. c. male acceperant ac verterant Interpretes, reddentes, *auferre*; sic tamen recte *appellere*, dederant. Καταίρειν enim proprium esse de navibus in portum invectis, Cl. *Hemsterh.* ibi docuit. Cui tantum addo *Alciphr.* I. Ep. 38. p. 174. Οἶδα τὸν Μήδειον ἐωθὸς τὸν λόγον Σοφίας δεῦρο καταίρειν. Quod recte quoque ibi conversum: *a Syrin hoc appulerat.* *J. F.R.*

43. Εἴτῳ τι ἄλλο] Hunc locum, si propius inspicias, haud sincerum invenies. *M. du S.*

Εἴτῳ τι ἄλλο] Sic habere omnes Edd. notarat in variantt. *Solanus.* Habebant autem εἰτέρ τι, quem accentum tamen ego mutavi, non ferens duos acutos in syllabis contiguis. Quod autem ait, non sana esse verba, haud satis capio; mihi certe plana videntur, & sensus vel ex versione Cl. *Gesneri* parebit

re se gesserunt, nec satis habuere, si incolumes ipsi evaderent, verum vindicata regis injuria, & ablata Diana inde solverunt: quomodo haec non admiranda, non divino quodam apud omnes, qui virtutem laudant, honore digna? Verum non ista nos in Oreste & Pylade spectantes pro Heroibus illos tractamus.

4. MNES. Dic ergo jam, quid praeclarum & divinum aliud perfecerint. Quantum enim ad navigationem profectionemque, multos ego tibi diviniores illis mercatores ostenderim, & inter hos maxime Phoenices, non in Pontum modo, neque ad Maeotida usque & Bosporum navigantes, sed utique & Graecum mare percurrentes & Barbarum. Omne enim isti litus, & oram omnem, ut ita loquar, perscrutati singulis annis, sero auctumni domum suam revertuntur. Hos tu eadem ratione Deos puta, idque, cum caupones & salsamentarii sint eorum forte plerique.

5. TOX. Quin audi, carissime, & vide, quantum barbari nos aequius de bonis viris quam vos judicemus: quandoquidem Argis & Mycenis neque monumentum nobile videre est Orestae aut Pyladis: apud nos autem & templum illis exstructum est simul ambobus, ut conveniebat sodalibus, & sacrificia offeruntur, & alius omnis honos *habetur*. Neque quidquam obstat, quod peregrini, non Scythae fuerunt, quo minus boni viri judicati sint.

μὴ ἀγαπῆσαι εἰ [b] Διμφυλάξου) μόνον, ἀλλὰ τιμωρησαμένους τὸν βασιλέα τῆς ὕβρεως, καὶ τὴν [11] Ἄρτεμιν ἀναλαβόντας, ἀποπλεῦσαι· πῶς ταῦτα οὐ θαυμαστὰ, καὶ θείας τινὸς τιμῆς ἄξια παρὰ πάντων, ὁπόσοι ἀρετὴν ἐπαινοῦσιν; ἀτὰρ οὐ ταῦτα ἡμεῖς Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ ἐνορῶντες, ἥρωσιν αὐτοῖς χρώμεθα.

ΜΝΗΣ. Λέγοις ἂν [c] ἤδη ὅ, τι σεμνὸν καὶ θεῖον ἄλλο ἐξειργάσαντο. ἐπεὶ ὅσον ἐν τῷ πλῷ καὶ τῇ ἀποδημίᾳ, πολλοὺς ἄν σοι θειοτέρους ἐκείνων ἀποδείξαιμι τοὺς ἐμπόρους, καὶ μάλιστα τοὺς Φοίνικας [d] αὐτῶν, οὐκ εἰς τὸν Πόντον μόνον καὶ ἐπὶ Μαιώτιδα καὶ τὸν Βοσπόρου μόνον ἐσπλέοντας, ἀλλὰ πανταχῇ τὸν Ἑλληνικὸν καὶ βαρβαρικὸν θαλάττης ναυτιλλομένους· ἅπασαι γὰρ οὗτοι ἀκταὶ, καὶ πάντα αἰγιαλὸν, ὡς εἰπεῖν, διερευνησάμενοι καθ' ἕκαστον ἔτος, ὀψὲ τοῦ μετοπώρου εἰς αὐτῶν ἐπανίασιν, οὓς χρὴ τὸν αὐτὸν λόγον θεοὺς νόμιζε, καὶ ταῦτα, καπήλους καὶ ταριχοπώλας, εἰ τύχοι, τοὺς πολλοὺς αὐτῶν ὄντας.

ΤΟΞ. Ἄκουε δὴ, [e] ὦ θαυμάσιε, καὶ σκόπει καθ' ὅσον ἡμεῖς οἱ βάρβαροι εὐγνωμονέστερον ὑμῶν περὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν κρίνομεν, εἴγε ἐν Ἄργει μὲν καὶ Μυκήναις, οὐδὲ τάφον ἔνδοξόν ἐστιν ἰδεῖν Ὀρέστου ἢ Πυλάδου παρ' ἡμῖν δὲ καὶ νεὼς ἀποδέδεικται) αὐτοῖς ἅμα ἀμφοτέροις, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, ἑταίροις γε ὄντοιν· καὶ θυσίαι προσάγονται), καὶ ἡ ἄλλη τιμὴ ἅπασα· κωλύει τε οὐδὲν, ὅτι ξένοι ἦσαν, ἀλλὰ μὴ Σκύθαι, ἀγαθοὺς χωρὶς

bit unicuique. *J.F.R.*

59. Ἄξιον] *Ovid.* Trist. IV. 4. vs. 55. & *Strabo* VII. *Eur.* Ἰφ. A. p. 402. C. 406. B. 407. B. 410. A. *M. du S.*

62. Μὴ ἀγαπῆσαι] *Non contentum esse* significare; in quo tamen deinde errarint Interpretes, vid. mox, ad c. 62. *J.F.R.*

Ibid. Διαφυλάξαι)] Ita L. Codex, uti antea conjeceram legendum, pro Διαφυλάξου). *M. du S.*

Διαφυλάξου)] Mallem & ego cum Solano Διαφυλάξαι. *Fu.* Versio Cl. *Gesn.* utramque lectionem complexa est. Hinc nihil mutavi; neque enim nego Διαφυλάττειν esse *salvum manere, incolumem se servare*; sed quia ad fugam e custodia magis pertinet historia, & fuga ipsa sic etiam evasisse incolumes satis indicat, & egregius Cod. hanc lect. suppeditat, magis ad illam feror. *J.F.R.*

73. Αὐτῶν]. Abundat illud *autem*, nisi cum Φοίνικας conjungas. *M. du S.*

3. Kal

b Διαφυλάξου)] Sic Edd. Διαφυλάξαι) L. rectius. *c* Ἤδη] Deest in *Fl.* *d* Αὐτῶν] Adest hoc in *J. Fl. Fr. Fu. Bz. P. H. S.* *e* Ὦ] Non adest in *Fl.* *f* Γε] Τε *Fl.* male.

ὁ γὰρ ἐξετάζομεν ὅθεν οἱ καλοὶ κ᾽ ἀγαθοί εἰσιν, οὐδὲ φθονοῦμεν, εἰ μὴ φίλοι ὄντες ἀγαθὰ εἰργάσαντο· ἐπαινοῦντες δὲ ἃ ἔπραξαν, οἰκείους αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἔργων ποιούμεθα. ὃ δὲ δὴ μάλιστα καταπλαγέντες τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐπαινοῦμεν, τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἡμῖν ἔδοξαν φίλοι εἶναι ἄριστοι ἁπάντων γεγενῆσθαι, κ᾽ τοῖς ἄλλοις νομοθέται καταστῆναι, ὡς χρὴ τοῖς φίλοις ἁπάσης τύχης κοινωνεῖν, [a] καὶ ὑπὸ Σκυθῶν τῶν ἀρίστων θεραπεύεσθαι.

Καὶ ἃ γε μετ᾽ ἀλλήλων, ἢ ὑπὲρ ἀλλήλων ἔπαθον, ἀναγράψαντες οἱ πρόγονοι ἡμῶν ὅπι στήλης χαλκῆς, ἀνέθεσαν εἰς τὸ Ὀρέστειον, κ᾽ νόμον ἐποίησαντο, πρῶτον τοῦτο μάθημα κ᾽ παίδευμα τοῖς παισὶ τοῖς σφετέροις εἶναι τὴν στήλην ταύτην, κ᾽ τὰ ἐπ᾽ [b] αὐτῆς γεγραμμένα ἀπομνημονεύσαι. θᾶττον γὰρ τὸνομα ἕκαστος αὐτοῦ ὑπολάθοιτο τοῦ πατρὸς, ἢ τὰς Ὀρέστου κ᾽ Πυλάδου πράξεις ἀγνοήσειεν· ἀλλὰ κ᾽ ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ νεὼ τὰ αὐτὰ, ὁπόσα ἡ στήλη δη-

Neque enim inquirimus, cujates honesti bonique viri sint, neque invidemus, licet amici non fuerint, si honesta perpetrarunt. Dum vero quae fecere laudamus, nostrates, quantum ad res gestas, facimus. Quod autem maxime attoniti in viris illis laudamus, hoc est, quod nobis visi sunt amici hi optimi omnium fuisse, & velut legislatores aliis constituti, quomodo oporteat in societatem omnis fortunae cum amicis venire, & *sic* ab optimis quibusque Scytharum coli.

6. Et, quae secum invicem aut pro se subierunt, ea relata in literas majores nostri in aerea columna dedicarunt in Oresteo, lata lege, primam disciplinam & institutionem pueris nostris esse hanc columnam, & quae scripta in illa sunt, uti memoria comprehendant. Itaque facilius sui patris nomen unusquisque illorum obliviscatur, quam Orestae atque Pyladis facta ignoret. Sed in consepto etiam templi eadem, quae columna in-

[a] Καὶ ὑπὸ Σκυθῶν &c.] Nihil mutare *J. Fl. Fr.* notarat *M. du S.* Sed & ita *P. H. S.* [b] Αὐτῆς] Αὐτοῦς male *Fl.*

3. Καὶ ὑπὸ Σκυθῶν τ. ἀρ. θερ.] Aut mutila oratio est, aut haec verba loco suo mota sunt, & alio referenda. *M. du S.*

18. Συνειλημμένῳ, κ᾽ πρὸς τὴν θυσίαν παρεσκευασμένῳ] Συνειλημμένους, κ᾽ πρὸς τὴν θυσίαν παρεσκευασμένους. *Th. M.*

20. Κατάρχεσθαι αὐτῶν] Apud *Eur.* Iph. in Taur. 40. de hac ipsa fabulae parte loquitur Iphigenia,

Κατάρχομαι δ᾽ σφάγια δ᾽ ἄλλοισι μέλει.

Vide Scholia & not. Clar. *Barnesii*; aut adi Ἐνυπν. c. 3. & quae illic annotata sunt. *M. du S.*

Κατάρχεσθαι αὐτῶν] Verti *immolat.* Servius ad Aen. 10, 541. *Immolari proprie dicuntur hostiae non cum caeduntur, sed cum accipiunt molam salsam.* Et laudat statim locum Catonis in Origg. *Boves immolatos priusquam caederentur profugisse in Siciliam.* Jam hoc esse κατάρχεσθαι satis docebit ipse poëta Od. Γ. 445. & ibi Eustathius. Nempe Nestor ibi χίρνησι τ᾽ ἀλεχόντας τε κατήρχετο. *J. M. G.*

26. Ἐκπεμπαπόμενοι] Utitur etiam *Thucyd.* VII. 75. p. 496. τῶν δὲ ξυσκήνων ἤδη ἀπιόντων ἐκπεμπαπόμενοι. Ubi *Hasius* haec notat: „ Habet *Suid.* in ἐκπεμπαν. & exponit ἀπερπημένοι. Nec variant Mss. Ἐκπεμπαπόμενοι τῶν πηδαλίων dicit *Lucianus* in Toxari (h. l.) „ Apud *Theophrast.* in Hist. plantar. 9. καὶ ἐκπεμπάπτου). *J. F. R.*

27. Τῶν πηδαλίων] Plurali numero utitur, etsi de una navi tantum sermo est. Ita rursus infra *Navig.* c. 6. μικρός τις ἀνθρωπίσκος γέρων ἤδη — τὰ πηλικαῦτα πηδάλια φερομένων. Et sic in *Act. Apost.* XXVII. 40. ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων. Nec abs re erit addere quae Rever. *J. Elsner.* ad eum locum notavit dicens: „ *Beza* πηδάλια gubernacula dixisse Lucam „ notabat, *plurali num. pro sing. quum unius navis* „ *plura non essent gubernacula.* Sed fallitur Vir Do- „ ctissimus, antiquum navium modum ex sui tem- „ poris consuetudine interpretatus; nam utique in „ antiquis navibus bina erant gubernacula, suum cui- „ que lateri, ut recte monuit *Grotius.* *Aelian.* Var. „ Hist. L. IX. c. 40. duos gubernatores singulis navi- „ bus constituisse Carthaginienses ait — vid. ad il- „ lum locum *Perizonium.* Et *Apulejus* L. 2. Me- „ tam. p. 50. *Navis turbinibus procellarum quassata* „ *UTRO QUE REGIMINE* amisso demersa est. „ Ubi mirus ille Commentator in usum Delphini no- „ tat: *malo scilicet & gubernaculo quibus navis regi-* „ *tur.*

indicat, picturis expressa ab antiquis, ostenduntur: navigans Orestes simul cum amico; deinde inter rupes fracta illorum navi comprehensus, & ad sacrificium paratus; & Iphigenia jam illos immolat; e regione vero in altero muro, jam exutus vinculis depictus est, Thoantem interficiens, & Scytharum multos alios; ac denique ut solvunt, Iphigeniam habentes ac Deam; Scythae autem frustra manus injiciunt navi jam eunti, suspensi e gubernaculis, ac tentantes inscendere; tum ut nihil proficiunt, partim jam vulnerati, partim ejus rei metu, terram natatu repetunt. Hic vero vel maxime videat aliquis quantam sibi invicem benevolentiam in conflictu cum Scythis exhibuerint. Fecit enim pictor utrumque, negligentem oppositos sibi hostes, depellentem autem, qui irruunt in alterum, & pro-

λοῖ, γραφαῖς ἐπὶ τ παλαιῶν εἰκασμένα δείκνυ· πλέων Ὀρέστης ἅμα τῷ φίλῳ, εἶτα ἐν τοῖς χρημνοῖς διαφθαρείσης [c] αὐτῶν τ νεὼς [d] συνειλημμένω, καὶ πρὸς τ θυσίαν παρεσκευασμένω, καὶ ἡ Ἰφιγένεια ἤδη κατάρχει αὐτῶν· καλαύλικρυ δὲ ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ τοίχῳ, ἤδη ἐκδεδυκὼς τὰ δεσμὰ γέγραπται, καὶ φονεύων τ Θόαντα, καὶ πολλοὺς ἄλλους τ Σκυθῶν· καὶ τέλος ἀποπλέοντες, ἔχοντες τ Ἰφιγένειαν, καὶ τ θεόν. οἱ Σκύθαι δὲ, ἄλλως ἐπιλαμβάνουσι τῆς σκάφης ἤδη [e] πλέοντος, ἐκκρεμαννύμενοι τ πηδαλίων, καὶ ἐπαναβαίνειν πειρώμενοι, εἶτ' ἀδύνατοι ἀνύσαντες, οἱ μὲν αὐτῶν τραυματίαι, οἱ δὲ καὶ δέει τούτου, ἀπονήχονται πρὸς τ γῆν. ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ἴδοι τις ἂν ὁπόσην ὑπὲρ ἀλλήλων εὔνοιαν ἐπεδείκνυντο ἐν τῇ πρὸς τοὺς Σκύθας συμπλοκῇ. ἐποίησε γὰρ ὁ γραφεὺς ἑκάτερον, ἀμελοῦντα μὲν τ καθ' ἑαυτὸν πολεμίων, ἀμυνόμενον δὲ τοὺς ἐπιφερομένους θατέρῳ, καὶ πρὸ ἐκείνου ἀπαν-

[c] Αὐτῶν] Αὐτῷ Exc. *Fl.* Sed cum vulgata conspirat P. [d] Συνειλημμένω &c.] Συνειλ—νς & παρεσκ—νς *Marc.* Nil mut. Edd. [e] Πλέοντος] Πλέοντες Exc. *Fl.* male. Vulgatam adserit P.

„ tur. Sed vide *Bochartum* Hieroz. P. 2. c. 1. pag. „ 452. Et *Graevium* ad *Hesiod.* p. 9. Hinc in plurali „ fere πηδαλίων meminerunt auctores. *Galenus* Pro„ trept. ad scient. p. 1. ἐπιτρίψας τὰ πηδάλια κυβερνή„ τῃ τυφλῶ. *Lucian.* Tox. (h. l. & *Navig.* supra jam „ indicato.) Vide & *Aristoph.* Equit. vs. 539. & „ *Achill. Tat.* L. III. p. 159. Et *Orph.* Argon. vs. „ 1178. Ἀγκαῖος δ' οἴακας ἐπισταμένως ἐτίταινε. *Ancaeus vero clavos docte gubernavit.* Ita etiam Lati„ ni *gubernacula* dicunt: *Petron.* c. 114. p. 531. Vid. „ & *Munker.* ad Hyg. fab. 14. p. 50. Et *moderamina* „ Ovid. III. *Metam.* 644.". Haec ille. plurima recte & ad Lucianum adposite, quare descripsisse non piguit. Sed quod poëtae *gubernacula ac moderamina* dicant, inde non probes duo revera fuisse; hi quippe *ora* pro *os*, & simil. de uno homine dicere amant. Res tamen satis certa est ex aliis; nam & *Heliod.* Aethiop. V. c. 15. pr. τ τε πηδαλίων θάτερον διαβαλόντες &c. quem cum aliis ab *Elsnero* adductis indicat *Scheffer.* de milit. naval. p. m. 146. docens duo, tria, quatuorve gubernacula habuisse naves majores. Verum & alia navigia duplici gubernaculo non a puppi, sed a prora & puppi instructa fuisse, ut accedere & retrocedere possent sine conversione, monuit *Scholiast.* Luciani ad *Amor.* c. 6. v. διφόρων. Interim cum *Schefero* credo, minoribus navigiis unum tantum fuisse gubernaculum. Et plura congerere jam eo minus gestio, quo id facilius fore sentio. Unum addo ex *Achill. Tat.* III. fol. 62. Τέλος ὁ κυβερνήτης ἀπειπὼν ῥᾴστως μὲ τὰ πηδάλια ἐκ τ χειρῶν. Haec si conferas cum Luciani verbis, supra ex *Navig.* prolatis, rogabis quomodo unus vir utrumque gubernaculum regere potuerit? Nec tamen de parvo adeo navigio est sermo, in quo tot vectores enumerat Achilles T. Sed nec nimis magnum fuisse oportet, quod vectores ante legantur saepe locum jussu nautarum mutasse, ut navem ad alterum latus inclinare tentarent. Quare suspicor nec in solutae orationis scriptoribus semper necessario plura gubernacula intelligi, quoties plurali numero utuntur; sed quia ordinario duo erant, usum invaluisse, ut pluralem etiam de uno loquentes retinerent. Nam si in magna navi duo erant gubernacula, etiam bini erant gubernatores, ut *Meibom.* de fabrica triremium aliique jam observarunt. At in mediocri fieri potuit, ut perticae versatiles utrique gubernaculo ad latera puppis dependenti ita essent connexae, ut iis dextra sinistraque manu ab uno gubernatore prehensis, utrumque simul vel alterutrum per vices moveri potuerit. *J.F.R.*

ἁπαντᾶν πειρώμενον τοῖς τοξεύμασι, καὶ πρὸς ἅδην τιθέμενον, εἰ ἀποθανεῖται, σώσας τὸν φίλον, καὶ τὸ ἐπ' ἐκείνου φερομένην πληγὴν προαρπάσας τῷ αὐτοῦ σώματι.

illo occurrere tentantem telis, & nihili curantem, si ipse moriatur, modo servet amicum, & intentatam illi plagam suo corpore velut praeripiat.

Τὴν δὴ τοσαύτην εὔνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς κοινωνίαν, καὶ τὸ πιστὸν, καὶ φιλέταιρον, καὶ τὸ ἀληθὲς, καὶ βέβαιον τῆς πρὸς ἀλλήλους ἔρωτος, οὐκ ἀνθρώπινα ταῦτα ᾠήθημεν εἶναι, ἀλλά τινος γνώμης βελτίονος, ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς τούτους ἀνθρώπους, οἳ μέχρι μὲν κατ' ἔρον ὁ πλοῦς εἴη, τοῖς φίλοις ἀγαναχτοῦσιν, εἰ μὴ πάσης κοινωνήσουσι τῶν ἡδέων· εἰ δέ τι καὶ μικρὸν [a] ἀντιπνεύσειεν αὐτοῖς, οἴχονται, μόνους τοὺς κινδύνους ἀπολιπόντες. καὶ γὰρ ἂν καὶ τόδε ὅπως εἰδῇς, οὐδὲν Σκύθαι φιλίας μεῖζον οἴονται εἶναι, οὐδὲ ἔστιν ἐφ' ὅτῳ ἄν τις Σκύθης μᾶλλον σεμνύναιτο, ἢ ὅτι τῷ συμπονῆσαι φίλῳ ἀνδρὶ, καὶ κοινωνῆσαι τῶν δεινῶν· ὥστε οὐδὲν ὄνειδος μεῖζον παρ' ἡμῖν, τοῦ προδότου φιλίας γεγενῆσθαι δοκεῖν. διὰ ταῦτα Ὀρέστην καὶ Πυλάδην τιμῶμεν, ἀρίστους γενομένους τὰ Σκυθῶν ἀγαθὰ, καὶ ἐν φιλίᾳ διενεγκόντας, ὃ πρῶτον ἡμεῖς ἁπάντων θαυμάζομεν, καὶ τέκμαρ ὅτι τούτοις αὐτῶν ἐθέμεθα, Κορέκους καλεῖσθαι· τοῦτο δέ ἐστιν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ [c] φωνῇ, ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι, φίλοι δαίμονες.

7. Hanc nempe tantam illorum benevolentiam, & malorum communionem, & fidem, & socialitatem, & veritatem firmitatemque amoris mutui; haec, inquam, non humana esse putavimus, sed praestantioris cujusdam animi, quam est in plerisque his hominibus, qui, dum secundus est cursus, indignantur amicis, si non in aequam jucundorum partem veniant: si vero vel paullum quiddam illis reflaverit, *ilicet* abeunt, solos periculis relinquentes. Etenim ut hoc etiam scias, nihil Scythae amicitia majus esse existimant; nec est in quo Scythes magis sibi placeat, quam si cum amico laborare illi contingat, & in societatem adversorum illius venire: quemadmodum majus nullum apud nos probrum, quam si quis prodidisse amicitiam videatur. Propter haec Orestem honoramus & Pyladem, qui praestiterint Scytharum bonis, & in amicitia eminuerint, quod primum omnium admiramur. Etiam nomen propterea illis posuimus, ut Coracos appellaremus; id autem est nostra lingua, ut si quis praesides amicitiae genios dicat.

8. MNES.

a Ἀντιπνεύσειεν] Ἀντιπνεύσει Fl. b Τοῦτο] Τοῦτο Exc. Fl. Nil. mut. Edd. nec P. c Φωνῇ] Φωνῇ J. male.

42. Φιλέταιρον] * Φιλέτερο & φιλεταῖρο. G.

* Φιλέτερο] Corrige, φιλέταιρο. Nam videtur tantum indicare voluisse diverso accentu φιλέταιρο & φιλέταιρος posse scribi, ut ἄγριος & ἀγρίος, de quo deinde. Nisi quis φιλέτερος legere malit, quod longius tamen a scriptura codicis abit. J. F. R.

61. Κορέκους] De veterum Scytharum lingua quis scripserit nescio. M. du S.

Κορέκους] Forsan χαλέκους Sarmatice. M. V. la Croze.

Κορέκους] De Scythica lingua, ni fallor, scripsit Theoph. Sigefr. Baiernus, quem laudat Gesnerus supr. ad Alexandr. seu Pseudom. c. 51. No. 28. J. F. R.

75. Ἐν Σκύθαις ἄτιτ ἄξενος] De Scytharum in hospites crudelitate, quos mactatos comedebant, confer Noster supra Deor. Dial. XVI. p. 245. T. I. Et Rev. Jac. Elsner. ad Epist. ad Colloss. III. 11. ubi a barbaris distinguuntur, quod maxime sint barbari, seu barbarorum barbari, licet postea aliqua quoque justitiae laude celebrati legantur. Patet saltem ἄξενος omnino legendum, ut probe etiam Cl. Gesner. cum Solano vidit. Vid. Ovid. IV. Trist. IV. 56. J. F. R.

76. Ἀτὰρ ἦ ξένος, καὶ ἄγριος] In ξένος nihil est, quod suspicionem praebeat feritatis; neque apparet, quomodo populus aliquis totus, in sua patria vivens, possit ξένος vocari. Quaesivit σοφὸν Φάρμακον Erasmus, & vertit Barbitos: sed praeter vim nominis, pu-

8. MNE. Igitur non sagittis modo, Toxari, boni fuerunt Scythae, & rebus bellicis praestantiores aliis, verum etiam in dicendo maxime omnium probabiles. Mihi quidem, aliter ad hunc diem sentienti, jam & ipsi recte facere videmini, cum divinis adeo honoribus Orestem Pylademque afficitis. Sed nesciebam, vir optime, te pictorem etiam bonum esse. Lucidissime enim nobis, quae sunt in Oresteo, imagines ostendisti, & pugnam virorum, & *quae* pro se invicem *excepere* vulnera. Verum neque hoc putabam, ita studiose coli inter Scythas amicitiam, quippe ut inhospitales & agrestes, in inimicitiis semper versari *illos arbitrabar*, & ira, & excandescentia; amicitiam vero neque inter conjunctissimos suscipi; colligens *ista* tum e reliquis, quae de iis audimus, tum inde, quod parentes mortuos in cibo habent.

ΜΝΗΣ. Ὦ Τόξαρι, ἐ μόνον ἄρα τοξεύειν ἀγαθοὶ ἦσαν Σκύθαι, ἡ τὰ πολεμικὰ τ ἄλλων ἀμείνους, ἀλλὰ ἡ ῥῆσιν εἰπεῖν ἁπάντων πιθανώτατοι. ἐμοὶ γοῦν τέως ἄλλως γιγνώσκοντι, ἤδη ἡ αὐτῷ δίκαια ποιεῖν δοκεῖτε, ἔτως Ὀρέστην ἡ Πυλάδην ἐκθειάσαντες. ἐλελήθεις δέ με, ὦ γενναῖε, ἡ γραφεὺς ἀγαθὸς ὤν. πάνυ γοῦν ἐναργῶς ἐπέδειξας ἡμῖν τὰς ἐν τῷ Ὀρεστείῳ εἰκόνας, ἡ τ μάχην τ ἀνδρῶν, ἡ τὰ ὑπὲς ἀλλήλων τραύματα. πλὴν ἀλλ' οὐκ ἐφθην ἂν ὅτε ποτὲ φιλοπόδαγον εἶναι φιλίαν ἐν Σκύθαις· ἄτε γὰ [d] ἀξένους ἡ ἀγρίους ὄντας αὐτοὺς, ἔχθρας μὲ ἀεὶ συνεῖναι, καὶ ὀργῆ ἡ θυμῷ, φιλίαν δὲ [e] μηδὲ πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους [f] ἐπαναιρεῖσθ' τεκμαιρόμενον τοῖς τε ἄλλοις ἃ σοὶ αὐτὸς ἀκούομεν, ἡ ὅτι καταθάπτουσι τοὺς πατέρας ἀποθανόντας.

9. TOX. Utrum in reliquis etiam nos & justiores adversum parentes Graecis, & religiosiores simus, de eo in praesenti tecum non contenderim. Amicos autem Scythas multo Graecis amicis fideliores esse, & majorem amicitiae rationem inter nos esse, quam apud vos, demonstratu facile est. Et, per ego te Graecorum Deos oro, ne molestе me audias, si quid eorum di-

ΤΟΞ. Εἰ μὲ ἡ τἄλλα ἡμεῖς τ Ἑλλήνων ἡ δικαιότεροι τὰ πρὸς τοὺς γονέας καὶ ὁσιώτεροι ἐσμὲν, οὐκ ἂν ἐν τῷ παρόντι φιλοτιμηθείην πρός σε· ὅτι δὲ οἱ φίλοι Σκύθαι πολὺ πιστότεροι τ Ἑλλήνων φίλων εἰσὶ, ἡ ὅτι φιλίας λόγος πλείων παρ' ἡμῖν, ἢ παρ' ὑμῖν, ῥᾴδιον ἐπιδεῖξαι· ἡ πρὸς θεῶν τ Ἑλλήνων, μὴ πρὸς ἀχθηδόνα ἡμῖν ἀκούσῃς, ἢν εἴπω τι ὧν καταγελάσεται,

d Ἀξένους] Ex Emend. *Solani*. Edd. priores ξένους. e Μηδὲ] Μὴ δὲ *J. H.* ut fere semper. f Ἐπαναιρεῖσθ'] Et sic esse in *Fl.* aeque ac in *J.* notat *Solan.* Sed & est in *H. P.* &c.

puto. Itaque plane non dubito, hic legendum esse ἀξένους, idque eo magis, cum supra jam innuerit, quod aliunde notissimum est, Pontum qui postea εὔξεινος vel εὔξεινος boni ominis caussa dictus est, ἄξεινον olim ab ingenio & moribus accolarum esse vocatum. Itaque verti *Inhospitales*, idemque factum video a Doctissimo *Solano*, & puto ipsum ἀξένους esse in contextum orationis recipiendum. *J. M. G.*

Ibid. Ἀξένους] Ita necessario emendandum fuit: ξένους enim quod in omnibus legitur, manifesto pravum est. Vidisti jam supra c. 3. eo nomine infamem olim Pontum (quod & ex *Strabone* discere est, l. VII. p. 298. D.) qui postea melioris ominis causa Εὔξεινος appellari coepit. *Inhospitalis* itaque tum habitus est, ob Scythas ejus accolas, quod vel haec fabula satis evincat. Vide tamen & Horatii *inhospitalem Caucasum*. *M. du S.*

77. Καὶ ὀργῆ ἡ θυμῷ] Non haec sunt otiosa synonyma. Vid. supra notata ad *Hermot.* c. 12. No. 82. *J. F. R.*

80. Ὅτι καταθάπτουσι τοὺς πατέρας ἀποθανόντας] Conf. infra Πανὸ. §. 25. *M. du S.*

89. Ἀχθηδόνα] Jussit Cl. *Hemsterh.* in marg. conferri *Duker.* ad *Thucyd.* IV. p. 262. No. 7. Ait autem *Thucyd.* c. 40. p. 263. Καὶ τοῦτο ἐφοβήθη μετὰ ὕστερον τ Ἀθηναίων ξυμμαχίαν δι' ἀχθηδόνα. Ibique *Hudf.* ac *Dukerus*: „ Ἀχθηδὼν vox apud Thucydidem poetica, ut „ dicit *Dion. Halic.* T. 2. p. 133. Utitur tamen ea „ ipse *Dionysius* in Antiquit. Rom. p. 572. Etiam a„ lios prosae scriptores hoc vocabulo usos ostendit „ Clar. *Wasse* in Indice. Add. *Lucian.* Toxar. h. l. descripsi ex commentt. Thucyd. *J. F. R.*

πολὺν ἤδη χρόνον ὑμῖν συγγινόμενος. ὑμεῖς γάρ μοι δοκεῖτε τὰς περὶ φιλίας λόγους ἄμεινον ἄλλων εἰπεῖν ἂν δύνασθαι, τὰ ἔργα δὲ [a] αὐτῆς, οὐ μόνον οὐ κατ' ἀξίαν τῶν [b] λόγων ἐμμελετᾶν, ἀλλ' οὐδὲ ἀποχρῆ ὑμῖν ἐπαινέσαι τε αὐτὰ καὶ δεῖξαι ἡλίκον ἀγαθόν ἐστιν· ἐν δὲ ταῖς χρείαις προδόντες τοὺς λόγους, διαπεπετεύκατε, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐκ μέσων τῶν ἔργων. καὶ ὁπόταν ὑμῖν οἱ τραγῳδοὶ τὰς τοιαύτας φιλίας ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἀναβιβάσαντες δεικνύωσιν, ἐπαινεῖτε, καὶ ἐπικροτεῖτε, καὶ κινδυνεύουσιν αὐτοῖς ὑπὲρ ἀλλήλων οἱ πολλοὶ καὶ ἐπιδακρύετε, αὐτοὶ δὲ οὐδὲν ἄξιον ἐπαίνου ὑπὲρ τῶν φίλων παρέχεσθαι τολμᾶτε, ἀλλ' ἢν πού τι φίλος δεηθεὶς τύχῃ, αὐτίκα μάλα, ὥσπερ τὰ ὀνείρατα, οἴχονται ὑμῖν ἐκ τοῦ ὁδῶν ἀποπτάμεναι αἱ πολλαὶ ἐκεῖναι τραγῳδίαι, τοῖς κενοῖς τούτοις καὶ κωφοῖς προσωπείοις ἐοικότας ὑμᾶς ἀπολιπεῖσαι, ἃ διηρημένα τὸ στόμα, καὶ παμμέγεθες κεχηνότα, οὐδὲ τὸ σμικρότατον φθέγγεται· ἡμεῖς δὲ ἔμπαλιν, [c] ὅσον γοῦν δὴ λειπόμεθα ἐν τοῖς περὶ φιλίας λόγοις, τοσοῦτον ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῖς πλεονεκτοῦμεν.

Εἴγ' οὖν δοκεῖ, οὕτω νῦν ποιῶμεν, τοὺς μὲν παλαιοὺς φίλους ἀτρεμεῖν ἐάσωμεν, εἴ τινας, ἢ ἡμεῖς, ἢ ὑμεῖς τῶν πάλαι καταριθμεῖν ἔχομεν· ἐπεὶ κατά γε τοῦτο πλεονεκτοῖτε ἄν, πολλοὺς καὶ ἀξιοπίστους μάρτυρας τοὺς ποιητὰς παρεχόμενοι, τόν τ' Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου φιλίαν, καὶ τὸν Θησέως καὶ Πειρίθου, [d] καὶ τὴν [e] ἄλλην ἑταιρείαν, ἐν καλλίστοις ἔπεσι

xero, quae, postquam diu inter vos versor, observavi. Vos enim mihi videmini verba quidem de amicitia melius aliis posse facere; at opera illius non tantum non pro dignitate illorum verborum meditari atque exercere: sed sufficit vobis laudasse illam, & quantum sit bonum ostendisse. Cum autem opus *ea est*, proditores orationis vestrae, nescio quomodo mediis ex operibus transfugitis. Et quando vobis tragoedi tales amicitias in scenam productas ostendunt, laudatis & plauditis, illisque pro se invicem periclitantibus plerique etiam illacrimamini: ipsi vero nihil laude dignum praestare pro amicis audetis; sed si qua re indigeat forte amicus, subito, velut insomnia, aufugiunt vobis avolantque e vestigio multae illae tragoediae, inanibusque his & mutis personis similes vos destituunt, quae diducto rictu, & immane quantum hiantes, ne minimum quidem sonum edunt. Nos contra ea, quantumcunque disputationibus de amicitia habendis inferiores *forte* sumus, tantum rebus ipsis praestamus.

10. Quare, si videtur, ita nunc agamus. Antiquos amicos patiamur quiescere, si quos aut nos, aut vos de prisco aevo adnumerare possimus: nam hac quidem parte vos viceritis, multos eosque dignos fide testes dantes poëtas, qui Achillis & Patrocli amicitiam, & Thesei atque Perithoi, reliquumque sodalitium, pulcherrimis versibus

a Αὐτῆς] Αὐτοῖς male Exc. *Fl.* Vulgatam tuetur P. b Λόγων] Ἄλλων marg. *A1W.* & Exc. *Fl.* Vulgata etiam est in P. c Ὅσον] Ὅσῳ L. P. & marg. *A1.* d Καὶ τὴν ἄλλην] Non comparent in P. G. Sed adsunt in Edd. omn. e Ἑταιρείαν] Ἑταιρίαν P. Nil a vulgata abit *Fl.*

8. Ἐκ ποδῶν] Conf. supr. *pro Imagin.* c. ult. ubi *Gujet.* ἐκποδὼν una voce maluit. Sed vid. quae ibi noto. *J.F.R.*

9. Κενοῖς — καὶ κωφοῖς προσωπείοις] Conf. supr. *Quom. Hist.* c. 4. *de Salt.* c. 27. Infr. *de Gymn.* c. 23. & 32. *M.du S.*

13. Ὅσον] P. & L. ὅσῳ. Sed nihil hic quidem mutato opus est, cum mox sequatur τοσοῦτον, nisi & posterius mutare velis, de quo iidem illi Codices non monent. *M.du S.*

21. Ἀχιλλέως Θ Πατρόκλου φιλίαν, καὶ τὴν Θήσεως καὶ Πειρίθου, καὶ τὴν ἄλλην ἑταιρίαν] In his verbis καὶ τὴν ἄλλην non agnoscit Mss. sunt utique delenda. Latinus interpres vertit, ac si legisset τῶν ἄλλων, quia in τὴν ἄλλην nulla sententia suberat. *J.G.G.*

23. Ἑταιρίαν] Ἑταιρίαν etiam scribit Clar. *Graev.*

in

sibus & numeris canant : sed paucos quosdam de his, qui nostro ipsorum tempore vixerunt, promamus, quorum enarremus facta, ego quidem Scythica, tu autem Graeca : & uter his vicerit, & meliores produxerit amicos, ille victor erit, suamque praeconio *patriam* ornabit, pulcherrimo & honestissimo peracto certamine. Nam multo equidem libentius mihi videor solitaria pugna superatus dextram praecidendam praebere, quae Scythicae *gentis* poena est, quam deterior alio in amicitia judicari, idque Graeco, cum ipse Scytha sim.

11. MNES. Est quidem, Toxari, opus minime contemtibile, cum viro, qualis tu, bellatore pugnam solitariam inire, qui tam apta ad scopum, & acuta argumenta habeas. Veruntamen neque ego ignave adeo ac tam cito prodens omnem Graeciam, tibi concessero. Indignissimum enim fuerit, a duobus illis tantum Scytharum esse superatum, quot fabulae indicant, & antiquae vestrae picturae, quas paullo ante praeclare, velut in tragica scena enarrasti : Graecos vero universos, tot gentes, & tot urbes, deserta caussa a te superari. Hoc enim si fiat, non dextram, ut apud vos, sed linguam abscindi, justum fuerit. Utrum vero finiri nobis oportet numerum amicarum actionum ; an quo plures quis proferendas habuerit, tanto ad victoriam videbitur instructior? TOX. Nequaquam.

ἢ μέτροις ῥαψῳδῆντας. ὀλίγως δέ τινας προχειρισάμενοι, τ καθ' ἡμᾶς αὐτὺς, ἢ τὰ ἔργα αὐτῶν f διηγησάμενοι, ἐγὼ μὲ τὰ Σκυθικὰ, σὺ δὲ τὰ Ἑλληνικά· ἢ ὁπότερος ἂν ἐν τύτοις κρατῇ, ἢ ἀμείνυς ωδήσηται τὺς φίλυς, αὐτός τε νενικηκὼς ἔσται, καὶ τ αὐτῦ ἀνακηρύξει, κάλλιστον ἀγῶνα ἢ σεμνότατον ἀγωνισάμενος· ὡς ἔγωγε πολὺ ἥδιον ἄν μοι δοκῶ μονομαχῶν ἡττηθεὶς, ἀποτμηθῆναι τ δεξιὰν, ὅπερ τ Σκυθικῆς ἐπιτιμιώτερόν ἐστιν, ἢ χείρων ἄλλυ φίλιαν κεκρίσθαι, ἢ ταῦτα Ἕλλην, Σκύθης αὐτὸς ὤν.

ΜΝΗΣ. Ἔστι μὲ, ὦ Τόξαρι, ἀ φαῦλον τὸ ἔργον ἀνδρὶ οἵῳ σοὶ, πολεμιστῇ μονομαχῆσαι, πάνυ εὐστόχως ἢ τεθηγμένως παρεσκευασμένῳ τὺς λόγυς· ἀ μὴν ἀγενναίως γε ἴτω καταπροδὺς ἐν βραχεῖ τὸ Ἑλληνικὸν ἅπαν, συγχωρήσομαί σοι. ἢ γὰρ ἂν εἴη πάνδεινον, ὑπὸ δυοῖν μὲ ἐκείνοιν ἡττηθῆναι τοσύτυς τ Σκυθῶν, ὁπόσυς οἵ τε μῦθοι δηλῦσι, ἢ αἱ ὑμέτεραι παλαιαὶ γραφαὶ, ἃς μικρῷ πρόσθεν εὖ μάλα ἐξετραγῴδησας· Ἕλληνας δὲ πάντας, τοσαύτα ἔθνη, ἢ τοσαύτας πόλεις ἐρήμην ὑπὸ σῦ ἁλῶναι. εἰ γὰρ τῦτο γένοιτο, ἀ τ δεξιὰν ὥσπερ ὑμεῖς, ἀλλὰ τ γλῶτταν ἀποτμηθῆναι καλόν· πότερον δὲ ὡρίσθω χρὴ τ ἀριθμὸν ἡμῖν τ φιλικῶν τύτων πράξεων, ἢ ὁπόσῳ ἄν τις πλείυς ἔχῃ λέγειν, τοσύτῳ εὐπρεπέστερον δόξειεν ἂν πρὸς τ νίκην; ΤΟΞ. Οὐ-

f Διηγησάμβοι] Διηγησόμεθα P. & marg. *Alii*.

in nota sua, casu ne, an quod sic legendum duxerit, nescio, ego quidem sic mallem ; sed in ista diphtongo tam saepe variant Codd. & Edd. ut nihil certi statuere ausis : quum vero *ἱταμία* frequentius atque usitatius sit, hoc praeferrem. *J. F. R.*

30. Τὴν αὐτοῦ] Subintellige *πατρίδα*. Interpres *τέλλω* subaudit, quod non placet. F. G.

34. Σκυθικῆς] An *ἥττης* ; seu potius, *ὅπερ τοῖς Σκύθαις ἥττης ἐπιτιμιώτερόν ἐστιν.* F. G.

Ibid. Ἐπιτίμιον] Conf. supra Μισθ. c. 4. med. Ὀρχ. c. 4. Infra Διαλ. §. 26. & Κρον. c. 4. a. m. *M. du S.*

39. Τεθηγμένυς παρεσκευασμένῳ τὺς λόγυς] Illud *παρεσκευασμ.* Cl. *Jens.* iis praeteritis passivis adnumerat, quae pro activis ponuntur, vid. ejus not. ad *Tyrannicid.* c. 12. No. 24. vertitque, *paratam habenti orationem.* Sed pace illius dixerim, non video cur passiva significatio non maneat, & sit : *instructo orationem*, sive ad orationem, usitatissimo Graecismo. Τεθηγμένοι λόγοι vero sunt verba teli instar acuta & penetrantia, veluti de fulmine *τεθηγμένῳ κεραυνῷ* Noster supra T. I. *Tim.* §. 19. f. Alibi quae ad animi affectum movendum valent, ut T. II. *de Salt.* c. 72. Θήγουσα τὴν ψυχήν. *J. F. R.*

48. Ἐρήμην ὑπὸ σοῦ ἁλῶναι] *Estre condamné par defaut.* F. G.

Οὐδαμῶς. ἀλλ' ὡρίσθω μὴ ἐν τῷ πλήθει αὐτῶν τὸ κράτος, ἀλλ' εἰ ἀμείνους, καὶ εἰ [a] τομώτεραί Φαίναιντο αἱ σαὶ τοῖς ἐμοῖς, ἴσαι τὸ ἀριθμὸν οὖσαι· καιριώτερα δηλονότι ἐργάσονταί μοι [b] τὰ τραύματα, καὶ θᾶττον ἐνδώσω πρὸς τὰς πληγάς. ΜΝΗΣ. Εὖ λέγεις, καὶ ὡρίσθωσαν ὁπόσαι ἱκαναί. [c] πέντε ἔμοί γε δοκεῖν [d] ἑκατέρῳ. ΤΟΞ. Καὶ μοὶ δοκεῖ, πρότερος δὲ λέγε, ἀλλὰ ἐπομοσάμενος ἢ μὴν ἀληθῆ ἐρεῖν. ἄλλως γὰρ ἂν πλάσαι τὰ τοιαῦτα, εἰ πάνυ χαλεπόν, καὶ ὁ ἔλεγχος ἀφανής. εἰ δὲ ὀμόσειας, οὐκ ὄσιον ἀπιστεῖν. [e] ΜΝΗΣ. Ὀμνύμεθα, εἴ τι καὶ ὄρκου δεῖν νομίζεις. [f] τίς δέ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν; ἆρ' ἱκανὸς ὁ Φίλιος; ΤΟΞ. Καὶ μάλα· ἐγὼ δὲ τὸν ὀφθέντα ὑμῖν σοι ἐν τῷ ἐμαυτοῦ λόγῳ.

ΜΝΗΣ. Ἴσως τοίνυν ὁ Ζεὺς ὁ Φίλιος, ἢ μὲν ὁπόσα ἂν λέγω πρός σε, ἢ αὐτὸς εἰδὼς, ἢ παρ' ἄλλων, ὁπόσον οἷόν τε ἦν, δι' ἀκριβείας ἐκπυθανόμενος, ἐρεῖ, μηδὲν παρ' ἐμαυτοῦ ὑπεραγφδῶν. καὶ πρώτιστα γέ σοι τὴν Ἀγαθοκλέους καὶ Δεινίου φιλίαν διηγήσομαι, ἀοίδιμον ἐν τοῖς Ἴωσι γενομένην. Ἀγαθοκλῆς γὰρ οὗτος ὁ Σάμιος ὀλίγου πρὸ πολλοῦ ἐγένετο, ἄρις μὲν ἐς φιλίαν οὐκ ἐλθὼν,

Sed definitum *hoc* esto; ne in multitudine earum insit robur, sed *in ea* quae sint praestantiores: & si penetrabiliores tuae *narrationes tanquam tela* meis, aequales licet numero, graviora nempe facient mihi vulnera, eoque celerius plagis concedam. MNES. Recte dicis: & finiantur, quot satis sint. Quinque mihi quidem unicuique videntur *sufficere*. TOX. Et mihi videtur. Dic prior, sed jurato prius, te vera dicturum. Alioquin enim fingere talia non admodum difficile, & convincendi obscura ratio. Si vero juraveris, fidem negare irreligiosum fuerit. MNES. Juremus, si quid opus esse jurato arbitraris. Quis vero tibi Deorum *nostrorum* —— num idoneus est Philius. TOX. Sane. Ego autem patrium tibi in mea oratione jurabo *jusjurandum*.

12. MNES. Audiat igitur Jupiter Philius, me, quaecumque ad te dixero, aut, quae ipse sciam, dicturum, aut quae ab aliis quanta fieri potuit cura exquisiverim, neque quidquam tragicae fabulositatis additurum. Ac primum Agathoclis & Diniae amicitiam enarrabo, decantatam inter Iones. Nempe Agathocles hic Samius non diu est ocum vixit, amicitiae quidem causa, ut ostен-

a Τομώτεραι — σαὶ] Τμώτεραι male P. Sed pro σαὶ, σὺ Ex. *Fl.* Vulgatae adstipulatur P. b Τὰ] Non adest artic. in *Fl.* c Πέντε] Persona ΤΟΞ. ante πέντε erat in Edd. quam *Gronovii* monitu sustuli, & uno versu serius, ubi ΜΝΗΣ. legebatur, colloçavi. hoc erat ΤΟΞ. in *Fl.* d Ἑκατέρῳ] Ἑκατέρως *Fl.* Nil mut. cett. nec P. e ΜΝΗΣ.] ΤΟΞ. Edd. Excepta *Fl.* quae ΜΝΗΣ. f Τίς] ΜΗΗΣ. τίς Edd. demta *Fl.* itaque personae nomen & hic sustulimus.

59. Ἐνδώσω] Vid. notam Cl. *Jensii* ad §. 1. ubi hoc verbum contra pristinum Interpretem explicat. Et I. *Ver. Hist.* c. 29. *Hermot.* c. 24. &c. *J.F.R.*

61. Ἱκαναί. πέντε ἔμοί γε δοκ. ix. ΤΟΞ.] Ita uti emendare jusserat Vir Celeberrimus, Ed. *Fl.* *M. du S.*

62. ΤΟΞ. Καὶμοὶ] Turbatus est ordo colloquentium, qui sic constituendus est. ΜΝΗΣ. Εὖ λέγεις. καὶ ὡρίσθωσαν ὁπόσαι ἱκαναί. πέντε ἔμοί γε δοκεῖν ἑκατέρῳ. ΤΟΞ. Καὶμοὶ δοκεῖ. πρότερος δὲ λέγε. &c. dein post ὄσιον ἀπιστεῖν. ΜΝΗΣ. Ὀμνύμεθα, εἴ τι καὶ ὄρκου δεῖν νομίζεις; τίς δέ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν; ἆρ' ἱκανὸς ὁ Φίλιος; ut haec ultima omnia Mnesippo tribuantur. Nam cum Mnesippus prior narrare incipiat, non possunt illa verba πρότερος λέγε Mnesippo convenire. *J.G.G.*

68. Τίς δέ σοι] Sermo confusus, pro τίς δέ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν ἱκανὸς; ἆρ' ὁ φίλιος; *E.G.*

69. Θεῶν; ἆρ' ἱκανὸς] Mallem θεῶν ἱκανὸς; ἆρ' ὁ Φ. In *Fl.* deest ἆρ' ἱκανὸς. *M. du S.*

78. Ἀγαθοκ. — Δ.] Vera an ficta haec sint, quamvis jusjurandum intercesserit, vix dixeris, cujus tamen temporis sint aut fingantur, ostendunt nonnulla. Vide c. 17. 18. 32. & 33. Aetatis nempe Lucianeae. *M. du S.*

79. Οὐ πρὸ πολλοῦ] Lucianum exempla amicitiae relaturum ordiri ab eo quod novissime contigerat, & inde retrogredi ad antiquiora; atque eodem modo narrationem instituisse ab Apostolo, in *Act.* V. 36. 37. unde cum Josepho conciliari queat, vide monentem Cl. *L. Bos* in Act. Apost. p. 77. quem Cl. *Hemsterhusii* admonitu consului, inferere haud adeo necessarium existimavi. *J.F.R.*

83. Δυσὶν] Ita hic Edd. Infra vero fin. c. 15. Δυοῖν

oſtendit, praeſtantiſſimus, caeterum vulgo Samiorum nihil melior, neque genere, neque copiis aliis: Diniae autem Lyſionis F. Epheſio amicus a pueris inde fuerat. Dives erat Dinias ultra fidem, & quod facile credas, de homine divitias nuper demum nacto, multos quoque alios circa ſe habebat, ad compotandum quidem idoneos, & voluptatem ſuo convictu parandam, ab amicitia autem tantum, quantum eſt maximum, remotos. Adhuc quidem igitur in hiſce numerari etiam Agathocles, & una eſſe, & una potare, quamquam non valde illa conſuetudine gauderet. Dinias etiam nihilo majore illum in pretio habere, quam adulatores. Tandem etiam offenſus eſt, quod crebro illum reprehenderet, & importunus viſus, qui majorum illum admoneret ſuorum, & ſervare juberet quae multo labore parta pater ipſi reliquiſſet. Itaque propter iſta neque ad comiſſationes amplius illum adhibuit, ſed ſolus cum iſtis potavit, ſubducereque ſe Agathocli ſtuduit.

13. Jamque ab adulatoribus illis perſuaderi *aliquando* ſibi miſer patitur, amore ipſius accenſam Charicleam Demonactis uxorem, clariſſimi viri, & in civitate Epheſiorum primi. Jamque ventitare illi a

τἆλλα δὲ οὐδὲν ἀμείνων Σαμίων τ̓ πολλῶν, οὔτε ἐς τὸ γένος, οὔτε ἐς ἃ τ̓ ἄλλην οὐσίαν. Δινίᾳ δὲ τῷ Λυσίου Ἐφεσίῳ, φίλος ἐκ παίδων ἦν· ὁ δὲ Δινίας ἐπλούτει ἄρα εἰς ὑπερβολήν· καὶ ὅσον εἰκὸς, νεόπλουτον ὄντα, πολλοὺς καὶ ἄλλους εἶχε περὶ αὐτὸν, ἱκανοὺς μὲ συμπιεῖν, καὶ πρὸς ἡδονὴν συνεῖναι, φιλίας δὲ πλεῖστον ὅσον ἀπεδέησεν. τέως μὲν οὖν ἐν τούτοις καὶ ὁ Ἀγαθοκλῆς ἐξητάζετο, καὶ συνῆν, καὶ συνέπινεν αὐτοῖς, οὐ πάνυ χαίρων τῇ τοιαύτῃ ὁμιλίᾳ· καὶ ὁ Δινίας οὐδὲν αὐτὸν ἐντιμότερον εἶχε τ̓ κολάκων· τελευταῖον δὲ καὶ προσέκρουε, τὰ πολλὰ ἐπιτιμῶν. καὶ φορτικὸς ἐδόκει, ὑπομιμνήσκων καὶ τ̓ προγόνων, καὶ φυλάττειν τὰ ἐγγεγενημένα, ἃ μὴ πολλῶν καμάτων ὁ πατὴρ αὐτῷ κεκτημένῳ κατέλιπεν· ὥστε διὰ ταῦτα οὐδὲ ἐπὶ τὰς κώμους ἐπῆγεν ἔτι αὐτὸν, ἀλλὰ μόνος μετ̓ ἐκείνων ἐκώμαζε, λανθάνειν πειρώμενος τ̓ Ἀγαθοκλέα.

Καὶ δή πως ὑπὸ τ̓ κολάκων ἐκείνων ὁ Ἀθλίου ἀναπείθεται, ὡς ἐρᾷη αὐτῆς Χαρίκλεια, Δημώνακτος γυνὴ, ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς, καὶ πρώτου Ἐφεσίων τὰ πολιτικά· καὶ γραμματεῖα τε εἰσφέρεται διὰ τ̓ γυ-

g Τὰ ἄλλα] Τῶν ἄλλων L. h Εὐδόκει] Ἐδόκουν male Fl. i Ἐπῆγεν] Sic Edd. & P. Ἀπῆγεν Ex. Fl. & marg. A1: k Ὁ] Non adeſt artic. in Fl. l Πολιτικὰ] Πολιμικὰ P. & marg. A1. m Γραμματεῖα] Sic P. & L. cum marg. A1. Γραμματία Edd.

Λύσωνος exhibent eaedem. Sed quum probabile ſit eumdem eſſe, alterutrum erit corrigendum. Utrum autem rectius, dicere non habeo. Priſca verſio utroque loco *Lyſonis* dedit. Clar. *Geſn.* hic *Lyſionis*, illic *Lyſonis* ſervavit. Fruſtra adhuc apud alios quaeſivi, nec tempus patitur ulterius inveſtigare. Nec inter nobilia amicorum paria refertur ab *Cicerone in Amicit.* nec in Offic. Alt autem *de Amic.* c. 4. *ex omnibus facile vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum: quo in genere ſperare videor Scipionis & Laelii amicitiam aetatem poſteritati fore.* *Plutarch.* περὶ πολυφιλ. p. m. 93. quinque paria enumerat, *Theſeum & Pirithoum, Achillem & Patroclum, Oreſten & Pyladem, Scythiam & Damonem, Epaminondam & Pelopidam.* De Dinia Lyſonis aut Lyſionis nihil. *J.F.R.*

85. Νικίλλου] Conf. ſupra *Tim.* §. 7. ubi *reponte dives* vertitur, ac *Solanum* notantem, tamen mox indicari paterna bona fuiſſe. Hic autem in *Tox.* eodem modo uſurpari. *J.F.R.*

91. Καὶ ὁ Δινίας — πολλάκων] Additamentum videtur, quod auctoris ſententiae contrarium eſt. *F.G.*

99. Ἄλλως — ἐκώμαζε] Et hoc ſubditicium videtur. *F.G.*

4. Χαρίκλεια] Claudia nimirum quadrantaria Ciceronis in *Plut.* & ap. *Cic.* pro M. Coelio. *G.C.*

7. Γραμματεῖα] *Solanus* γραμματεῖα correxerat in *J.* Obſecundavi, quia duo Codd. ſic habent; verum quia & alterum bonum, ac poſtea c. 14. γραμμάτια legitur, nihil etiam hic mutaſſem. Adde c. 16. iterum γραμματεῖα eſt in iisd. Codd. quamvis ideo non negem, variandi ſtili cauſſa utrumque potuiſſe ſcribere Lucianum. *Alciphr.* loco mox adducendo γραμ-

μα-

γυναικὸς αὐτῷ, καὶ στέφανοι ἡμιμάραυλοι, καὶ μῆλά τινα ἀποδεδηγμένα, καὶ ἄλλα ὁπόσα αἱ μαστροποὶ ὑπὲρ τοῖς νέοις μηχανῶνται, μικρὸν αὐτοῖς ὑπιτεχνώμεναι τὰς ἔρωτας, καὶ ἀναφλέγουσαι τὸ πρῶτον ἐρᾶσθαι νομίζοντας. ἐπαγωγότατον γὰρ τοῦτό γε καὶ μάλιστα τοῖς καλοῖς εἶναι οἰομένοις, ἄχρις ἂν λάθωσιν εἰς τὰ δίκτυα ἐμπεσόντες. ἦν Χαρίκλεια δὲ ἡ γυναικάριον μὲν γύναιον, ἑταιρικὸν δὲ ἐκτόπως, καὶ τῷ προσυχόντι ἀεί, καὶ εἰ πάνυ ἐπ' ὀλίγῳ ἐθελήσειέ τις, καὶ εἰ προσίδοι τις μόνον, εὐθὺς ἐπένευε, καὶ δέος οὐδὲν ἦν, μή ποι ἀντείποι Χαρίκλεια. δεινὴ δὲ καὶ τἄλλα τεχνίτις, ὡς [a] ἤν τινα βούλει τῶν ἑταιρῶν ὑπισπάσασθαι ἐρασήν· καὶ ἀμφίβολον ἔτι ὄντα, ὅλον ἐποιήσασθαι, καὶ ἐνεχόμενον ἤδη ὑπιτεῖναι, καὶ προσεκκαῦσαι, ἄρτι μὲν ὀργῇ, ἄρτι δὲ κολακείᾳ. καὶ μικρὸν ὑφορᾶσθαι, καὶ [b] τῷ πρὸς ἕτερον ἀπο-

muliere codicilli, & coronae ſemimarcidulae, & mala quaedam demorſa, & alia quae machinantur contra adoleſcentulos lenae, dum paullatim ſuis artificiis amores illis inſtruunt, & accendunt ultro amari ſe putantes. Maxime enim hoc ad illiciendum valet apud eos praeſertim, qui pulchri ſibi videntur, dum imprudentes in retia incidant. Erat autem Chariclea muliercula haud illepida, ſed ſupra modum meretrix, quae ejus ſemper eſſet, in quem forte incideret, etiam ſi parvo admodum *amare* quis vellet: & ſi quis adſpiceret modo, innuebat ſtatim, nec unquam metus, ne forte Chariclea repugnaret. Erat etiam alioquin mira artifex, ſupra quamvis meretricem, alliciendi amatorem, & ambiguus qui adhuc eſſet, ſubjugandi totum, & qui jam teneretur intendendi, & magis accendendi nunc ira, nunc adulatione, & paullo poſt faſtidio, & ſimulata ad alium inclinatione: ac

a Ἧν] Sic recte *Fl. P. S.* &c. ἦν *J.* male. b Τῷ] Τὸ male *Fl.*

ματίδια dicit; ſed res eſt parvi. *J.F.R.*

8. Καὶ στέφανοι ἡμιμάραυλοι] Martialis: *A te vexatas malo tenere roſas. AE.M.* in addend. Ed. *Graev.* Idem notarat *Gujet.* *J.F.R.*

Ibid. Καὶ μῆλά τινα ἀποδεδηγμένα] Ex hoc loco lux affulget *Theocrito* in Cyclope, ubi de violento ejus in Galateam amore, ſic ait,

Ἤρατο δ' ἔστι ῥόδα ἢ μάλοις ἔστι κιχήσαις,
Ἀλλ' ὀλοαῖς μανίαις.

Scilicet poma morſibus amaſiarum lancinata amantibus data favoris erat & amoris indicium. *J.P.aG.*

Καὶ μῆλά τινα ἀποδεδηγμένα] Praeterea mala erant Veneri ſacrata. Quod pluribus agit *Moll.* ad *Long. Paſt.* I. p. 19. Adde *Alciphr.* III. Ep. 62. p. 430. Καὶ παρὰ τούτων γραμματίδια ὀσημέραι φοιτᾷ — καὶ στέφανοι ἡμιμάραυλοι, καὶ μῆλα ἀποδεδηγμένα. Quae Lucianeis plane conveniunt. Ac *Bergl.* ad I. Ep. 37. p. 167. Immo credebatur vis faſcinans ad amorem conciliandum ineſſe his pomis admorſis. Rev. *Jac. Elſner.* ad Apocalyps. XVIII. 14. recte quidem p. 464. ait, poma amoris Venerei ſymbola & pignora fuiſſe; ſed quando ex hoc Luciani loco demonſtratum it, & *petere ſeſe malis ſolitos amantes*, non videtur attenta mente legiſſe verba Luciani: quin ſic potius teſtem adduxiſſet *Virg.* Ecl. III. 64. *Malo me Galatea petit laſciva puella.* *J.F.R.*

10. Μαστροποὶ] Habuimus idem ſupra, *Amor.* c. 16. med. *M. du S.*

14. Ἄχρις] Negat *Phrynich.* p. 6. ἄχρις & μέχρις Attice recte dici, pro ἄχρι, μέχρι. Falſo; ſi item in Luciano ſemper ἄχρι, etiam ſequente vocali reſcribere velis. Licet enim apud *Thucyd.* qui hiatus adfectat, non inveniantur cum σ. Et ap. *Homer.* in locis a *Nunneſio* ad Phrynich. adductis ex Iliad. Δ. & Π. ἄχρις ſignificet *omnino*; tamen apud Lucian. bene ſe habet ἄχρις. Et ſic ſupra *Tim.* §. 24. ἄχρις ἂν λάβω. Iterum ibid. §. 30. & *Hermot.* §. 29. f. ἄχρις ἂν εὕρωμεν. *Alciphr.* I. Ep. 23. p. 96. ἄχρις ἂν τ νιφετὸν — διεδέξατο. *Herodian.* 2. 6. 22. μέχρις αἵματος. *Epict.* Man. c. 14. p. 22. μέχρις ἂν γένηται. Lucian. *Dial. mort.* XII. poſt med. μέχρις Ἰνδῶν. *Amor.* c. 25. μέχρις ἡλικίας, & ſic ubique, ſequente vocali. At ſignificatio τῷ *omnino* non tantum differt ab *uſque, donec*, quin facile concilietur ex Il. P. 599. — γράψω δὲ αἱ ἑτέων ἄχρις Αἰχμὴ Πελυδάμαντος ὁ γὰρ ῥ' ἔξαλτο χαλὸν ἐλθών. Ubi *Scholiaſt.* γράψω interpretatur ἐπιξήσω. Ἄχρις vero, ἕως τέλους. *J.F.R.*

18. Καὶ εἰ πάνυ ἐπ' ὀλίγῳ ἐθελήσειέ τις] Eraſmus: *etiamſi quis admodum leviter concupiviſſet.* Benedictus: *etiamſi vel minimum concupiviſſet.* Non agitur de levi aut minima cupiditate; agitur de pretio, quo quis noctem ejus redimeret. Itaque verte, *etiamſi vel exiguo quis vellet*, etiamſi tenuem aliquis mercedem modo dignaretur ſolvere. Innuit ipſam non minus oblectatam Venere, quam adoleſcentes, ut ideo vix aliquem repelleret, qui modo parvum quid vellet impendere. *J.G.*

27. Συγ-

ac tota undique *ad haec* compoſita erat mulier, multasque paraverat ad amatores machinas.

14. Hanc ergo tum adſciſcunt Diniae adulatores contra adoleſcentem, & ut ſecundarum partium actores ſubſerviunt, in Charicleae illum amorem impellentes. Illa vero, quae multos jam adoleſcentes ſupplantaverat, & mille amores ſimulaverat, & domus opulentas everterat, multiplex quoddam & ſubactum longa exercitatione infortunium; haec igitur nacta intra manus ſuas ſimplicem & imperitum talium artificiorum juvenem, non dimiſit ex unguibus, ſed complexa undique & configens, cum jam ex omni parte illum teneret, & ipſa a ſua praeda periit, & miſero Diniae mille malorum cauſſa fuit. Nam primo ſtatim illos demittit in eum *hami inſtar* codicillos, & allegatam ſubinde ancillam, ut

κλίνειν δοκεῖν, καὶ ὅλη [c] συγκεκρότηλο ἀπανταχόθεν ἡ γυνή, καὶ πολλὰ μηχανήματα παρεσκεύαστο κατ' ἐρασθήν.

Ταύτῃ οὖν τότε οἱ Δεινίᾳ κόλακες παραλαμβάνουσιν ὀπὶ τὸ μειράκιον, καὶ τὰ πολλὰ ὑπεκυμώδουν, συνωθοῦντες αὐτὸν εἰς τὰ ἐρῶντα τῆς Χαρικλείας. ἡ δὲ πολλοὺς ἤδη νέους ἐκτραχηλίσασα, καὶ μυρίους ἐρῶντας ὑποκριναμένη, καὶ οἴκους πολυτελεῖς ἀνατρέψασα, ποικίλον τι καὶ πολυγύμναστον κακὸν, προσβαλοῦσα εἰς τὰς χεῖρας ἁπλοϊκὸν καὶ ἄπειρον τοιούτων μηχανημάτων νεανίσκον, οὐκ ἀνῆκεν ἐκ τῶν ὀνύχων, ἀλλὰ περιέχουσα πανταχόθεν, καὶ διαπείρασα, ὅτε ἤδη παντάπασιν ἐκράτει, αὐτή τε [d] ἀπώλετο σὺν τῷ ἄγρᾳ, καὶ τῷ κακοδαίμονι Δεινίᾳ μυρίων κακῶν αἰτία ἐγένετο. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον εὐθὺς ἐκείνᾳ ἐπ' αὐτὸν καθίει τὰ [e] γραμμάτια, καὶ συνεχῶς πεμπομένη

[c] Συγκεκρότηλο] Συγκαρ. *J. H.* & *Fr.* male. Prius *P. S. Fl.* aliaeque recte. [d] Ἀπώλετο] Ἀπόλετο *Fl.* [e] Γραμμάτια] Γράμματα P. & marg. *AIW.* Nil mutant ceteri, nec Edd.

34. Ἐκτραχηλίσασα] Τὸ σὺ τῇ σωφροσύνῃ παιζόμενον ἐκδιαφθεῖραι. *V.*

* Ἐκδιαφθεῖραι] Sic *Διαφθεῖραι* coniecit, quum ante editum legeretur *ἐκδιάφθειρα.*

39. Ἐκ τῶν ὀνύχων] Ὡς ἐπὶ ἄγρας ἰχθύων ἢ ἀετῶν μετῆλθε τὸν † λόγον. *V.*

† Λόγον] Κόθον C. mendoſe.

27. Συγκεκρότηλο] Vide iterum p. 642. *M. V. la Croze.* (i. e. *Sympoſ.* c. 18. 19. ubi bis occurrit, in ἀνάπαισα συγκροτῶν, & ὁ Ἀλκιδάμας τὸν συγκεκροτημένον ἀνθρωπίσκον καλαγωνιθείς.) *J. F. R.*

Συγκεκρότηλο] Invitus eadem ſaepe repeto. Sed neceſſitas jubet; quia alii haec toties corrigere volunt. Adſcripſerat enim *Solanus*, συγκεκρότηλο legendum atque edendum; quia ſcilicet infra, *Gall.* c. 12. poſt med. *συγκροτεῖτο* legas. Verum in temporibus plusquamperf. omiſſionem eſſe frequentiſſimam, jam notavi ſupra, *pro Imag.* §. 3. ad κάμψαλο. *J. F. R.*

32. Ὑπεκυμώδουν] Id eſt, *deridentes fingebant. F. G.*

34. Ἐκτραχηλίσασα] Ἐκτραχηλίζειν τὴν νεότητα. Perdere juventutem. *Plutarch.* de liberis educandis. *AE. M.* in addendis Ed. *Graev.* Sed hoc Plutarchi, non addito loco, vel Scapula in Lexico habet. Notavit eadem totidem verbis *Gujetus.* *J. F. R.*

40. Διαπείρασα] Ad *ungues* refero hoc verbum, quibus *configunt* rapaces beſtiae praedam, ne effugere facile poſſit. Alioqui, niſi modo facta eſſet ὀνύχων mentio, *hamos* imaginari liceret. Noſter ſupra Ἀναδ. c. 51. ἀνασπᾷ, *hamo trajectus eſt*: idque eo magis placeret, quia ſtatim utitur verbo καθίσαι, de quo nota proxima. *J. M. G.*

45. Γραμμάτια] Supra pr. c. 13. & infra c. 16. γραμματεῖα correxerat *Solanus*, ex Codd. Hic nihil mutavit. Quare aut γράμματα recipiendum, aut γραμματεῖα ſimiliter ut aliis locis ſcribendum. Sed quia id incertum, nihil hic mutavi. *J. F. R.*

Ibid. Καὶ συνεχῶς πεμπομένη] Nominativus πεμπομένη poſtulat verbum finitum, cujus Chariclea ſubjectum ſit: quod adeſt nullum. Porro πεμπομένη activa ſignificatione poſſe poni, mihi quidem non conſtat. Utrique rei medebimur, ſi leviſſima mutatione, quae ex calligraphorum ratione, η & ν jungendi, facilius poteſt intelligi, legamus πεμπομένῳ τὸν ἄγρας, & ad καθίει referamus, quod piſcatorium eſſe & ad hamum pertinere, vel noſtri Luciani piſcator ſatis docet, in cujus fine aliquoties eo ſic utitur. Hoc igitur interpretando ſecuti ſumus, & *binas* quaſi eſcas, binos hamos, dedimus, hinc codicillos, hinc ancillam. *J. M. G.*

τ' ἄδραν, ὡς ἐδάκρυσε, καὶ ἐπηγρύπνησε, καὶ τέλος, ὡς ἀπάγξαι ἑαυτὴν ἢ ἀθλία ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, ἕως δὴ ὁ μακάριος ἐπείθη καλὸς εἶναι, καὶ ταῖς Ἐφεσίων γυναιξὶ ποθητός. καί πως συνηνέχθη πολλὰ ἱκετευθείς.

lacrimetur, & vigilet, tandem ut suspensura se sit prae amore misera; donec persuasum est beatulo, pulchrum esse, & Ephesiorum uxoribus expetitum. Ac tandem multis precibus exoratus *cum ea* congreditur.

15. Καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἤδη ῥᾷον, ὡς τὸ εἰκὸς, ἁλώσεως ἔμελλεν ὑπὸ γυναικὸς καλῆς, καὶ πρὸς ἡδονήν τε ὁμιλῆσαι ὑπηγμένης, καὶ ἐν καιρῷ δακρύσαι, καὶ μέλαξυ τὸ λόγων ἐλεεινῶς ὑποστενάξαι, καὶ ἀπιόντος ἤδη λαβέσθαι, καὶ εἰσελθόντι προσδραμεῖν, καὶ καλλωπίζεσθαι, ὡς ἂν μάλιστα ἀρέσειε, καί πως καὶ ᾄσαι, καὶ κιθαρίσαι· οἷς ἅπασι χρῆται τῇ Δευτέρᾳ ἐκέχρητο. καὶ ἐπεὶ ἤδη ἔλο πονήρως ἔχοντα, καὶ διαβροχον ἤδη τῷ ἔρωτι, καὶ ταχὺ γεγενημένον, ἄλλο ὑπὲρ τούτοις ἐπενόει, καὶ τὸ ἄθλιον ἀπώλλυε. χύειν τε γὰρ ἐξ αὐτοῦ σκήπτεται. ἱκανὸν δὲ καὶ τοῦτο, βλάκα ἐραστὴν προσεκπυρῶσαι. καὶ οὐκέτι ἐφοίτα πρὸς αὐτὸν, φυλάττεσθαι ὑπὸ τἀνδρὸς λέγουσα, πεπυσμένου τὰ ἐρωτικά· ὁ δ' ἐκεῖθ' οἷός τε ἦν φέρειν τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ἐδάκρυε, καὶ τὰς κόλακας εἰσέπεμπε, καὶ τὄνομα τῆς Χαρικλείας ἐπεβοᾶτο, καὶ τὴν εἰκόνα περιβαλὼν

15. Et hinc jam facile, ut apparet, fuit illum expugnari a pulchra muliere, quae sciret ad voluptatem attemperare suos sermones, & plorare opportune, & *inter* sermones miserabiliter ingemiscere, & abeuntem jam complecti, & ingredienti occurrere, & eum ornatum adhibere, quo maxime placeret, & interdum canere etiam, ac citharam pulsare, quibus illa omnibus adversus Diniam usa est. Et cum sentiret jam illum laborare, & maceratum ab amore mollitumque esse, aliud insuper excogitat, quo perderet miserum, nempe uterum se ejiam ex illo gerere: valet autem hoc etiam, ad stolidum amatorem magis accendendum: nec amplius ad illum veniebat, custodiri se a viro dicens, qui audierit de amore. At ille rem non ferre, neque pati posse, quod non videret illam, sed lacrimari, & intro mittere adulatores, & nomen Charicleae inclamare, ejusque statuam, de candido marmore

a Καὶ] Abest a *Fl.* *b* Τὸ ἐντεῦθεν] Sic *Fl. P. Tonn.* . . junctim plurimae. *c* Ὑπὸ τ'] Sic *P.* Ὑπό τ' *J. Bl. Fr. H. Va. Ba. S.*

61. Διάβροχον ἤδη τῷ ἔρωτι] Ridicule interpres uterque *jamque amore illaqueatum*, quasi nunc βρόχος in mentem fuerit Luciano. Verte *madefactum ac mersum amore*. Et quaeso cur nunc aliter considerant, quam in Bis accusato. εἰ γὰρ πάλαι ὢν διάβροχος τῷ μέθῃ. *J. G.*

80 ους, οὐδὲ πολὺ ἐν ὅπλοις [f] ποιεῖσθε τὴν ἅμιλλαν, ἀλλὰ γυμνοὺς ἐς τὸ μέσον προαγαγόντες, λακτιζομένους καὶ παιομένους ἐπιδείκνυσθε, καὶ νικήσασι μῆλα καὶ κότινον δίδοτε; ἄξιον δὲ εἰδέναι τοῦτό γε, ἕ τινος ἕνεκα 85 [g] τοῦτο ποιεῖτε. ΣΟΛ. Ἡγούμεθα γάρ, ὦ Ἀνάχαρσι, τὴν ἐς τὰ γυμνάσια προθυμίαν οὕτως ἂν πολλὴ [h] ἐγγένοιτο αὐτοῖς, εἰ τοὺς ἀριστεύοντας ἐν τούτοις ἴδοιεν τιμωμένους, καὶ ἀνακηρυττομένους ἐν μέσοις τοῖς Ἕλλησι, καὶ 90 [i] διὰ τοῦτο ὡς ἐς [k] τοσούτους ἀποδυσόμενοι, εὐεξίας τε ἐπιμελοῦνται, ὡς μὴ αἰσχύνοιντο γυμνωθέντες, καὶ ἀξιονικότατον ἕκαστον αὐτὸν [l] ἀπεργάζονται. καὶ τὰ ἆθλα, ὥσπερ ἔμπροσθεν εἶπον, οὐ μικρὰ, ὁ ἔπαινος ὁ παρὰ τῶν θεατῶν, καὶ τὸ ἐπισημότατον γενέσθαι, καὶ δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ, ἄριστον εἶναι τῶν καθ' [m] ἑαυτὸν δοκοῦντα. τοιγάρτοι πολλοὶ τῶν θεατῶν, οἷς καθ' ἡλικίαν ἔτι [n] ἡ ἄσκησις, ἀπίασιν οὐ μετρίως ἐκ τοῦ τοιούτων ἔρωτος καὶ πόνων ἐραθέντες· ὡς εἴ γέ τις, ὦ Ἀνάχαρσι, τὸν τῆς εὐκλείας ἔρωτα ἐκβάλοι ἐκ τοῦ βίου, τί ἂν ἔτι ἀγαθὸν ἡμῖν γένοιτο; ἢ τίς ἄν τι λαμπρὸν ἐργάσασθαι ἐπιθυμήσειε; νῦν δὲ καὶ ἀπὸ τούτων εἰκάζειν παρέχοιεν ἄν σοι, ὁποῖοι ἐν πολέμοις ὑπὲρ πα-

f Ποιεῖσθε] Ποιεῖσθαι W. male. *g* Τοῦτο] Οὕτω M. *h* Ἐγγένοιτο] Γένοιτο *Fl.* Vulgatum probat M. *i* Διὰ τοῦτο] Διατοῦτο *J.* *k* Τοσούτους] Hoc praetuli ex *Fl.* & W. Τούτους Edd. vulgo. *l* Ἀπεργάζονται] Sic Edd. & M. *m* Ἑαυτὸν] Αὐτὸν W. *n* Ἡ] Abest ab M.

usu venit; quem si modo attendat, quilibet facile corrigat. Paulo post non sufficit versio eorum *ὁ γὰρ ἐκ' ἰσχυρᾶς οἶμαι τῆ ῥίζης ἀνεφύετο*, ubi Latina habent: *neque enim ab altius acta radice productum fuerat.* Neque enim in ellychnio id procedit, quod potest esse longissimum, ut altissime demittatur, nec tamen erit *ἰσχυρὸν*, h. e. densum, robustum, ut tantam ex se praebeat flammae materiam, ut flatus non extinguat: *ῥίζα* autem *τῆ φωτὸς τῆ λύχνε* est principium ipsius ellychnii. Aliena est hic consideratio radicis in arbore & frutice. *J.G.*

87. Ἐγ[ενέσθαι] Futurum postulat sententia. W. γενέσθαι. *M. du S.*

Ἐγ[ενέσθαι] Futurum *Solanus* malit; nec ego repugno. Nihil tamen mutassim, quia infinitivi aoristos crebro pro futuris positos invenias: exempla complu-

ria dedit *Anonym.* ad *Xenoph.* Ephes. in *Miscell. Observ.* an. 1734. vol. IV. p. 286. *J. F. R.*

90. Τοσούτους] W. & *Fl.* In reliquis τούτους. *M. du S.*

Ibid. Ἐς τοσούτους ἀποδυσόμενοι] Supra *Herodot.* c. ult. *ἐπ' ἑωυτοῦ — ἀποδυσάμενος ἴδηται*, paullo aliter quam hic. Ἐς autem non modo hic pro ἐν, quocum frequenter permutatur, ut ad *Asin.* c. 1. notavimus; sed quia intelligitur in conspectum eos prodituros. Τοσούτους vero *Solano* dedimus, quia efficacius, si dicas, *in tot* ac *tantorum* hominum conspectum nudum prodire. Cl. *Gesneri* versionem tamen servavi, quia ad vulgatam composita nihil incommodi habet. *J. F. R.*

93. Ἀπεργάζονται] Ego scribendum putaram *ἀπεργάσεται*, sed nihil mutato opus est. *M. du S.*

96. Δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ] Conf. supra T. I. *Harmon.* c. 1. med. *J. F. R.*

πατρίδος, καὶ παίδων, καὶ γυναικῶν, καὶ ἱερῶν γένοιντ' ἂν, ὅπλα ἔχοντες, οἱ κοτίνῳ περὶ καὶ μήλων γυμνοὶ τοσαύτην προθυμίαν ἐς τὸ νικᾶν εἰσφερόμενοι.

patria, & liberis, & uxoribus, & ſacris, armati, qui pro olea & malis, nudi tantam vincendi cupiditatem adferant.

Καίτοι τί ἂν πάθοις, εἰ θεάσαιο καὶ ὀρτύγων καὶ ἀλεκτρυόνων ἀγῶνας παρ' ἡμῖν, καὶ σπουδὴν ὅτι τούτοις οὐ μικράν; ἢ γελάσῃ δηλονότι, καὶ μάλιστα ἢν μάθῃς ὡς ἐπὶ νόμῳ αὐτὸ δρῶμεν, καὶ προστέταχται πᾶσι τοῖς ἐν ἡλικίᾳ παρεῖναι, καὶ ὁρᾶν τὰ ὄρνεα μαχομένους μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀπαγορεύσεως; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο γελοῖον. ἐπιπολάζει γάρ τις ἡμῶν ταῖς ψυχαῖς ὁρμὴ ἐς τοὺς κινδύνους, ὡς μὴ ἀγεννέστεροι καὶ ἀτολμότεροι φαίνοιντο τῶν ἀλεκτρυόνων, μηδὲ προαπαγορεύοιεν ἐπὶ τραυμάτων, ἢ καμάτων, ἢ τῳ ἄλλῳ δυσχερεῖ. τὸ δὲ δὴ ἐν ὅπλοις πειρᾶσθαι αὐτῶν, καὶ ὁρᾶν τιλρωσκομένους, ἄπαγε, θηριώδες γ', καὶ δεινῶς σκαιὸν, καὶ προσέτι γε ἀλυσιτελὲς ἀποσφάττειν τοὺς ἀρίστους, καὶ οἷς ἄν τις ἄμεινον χρήσαιτο ἐπὶ τοὺς δυσμενεῖς.

37. Verum quid diceres, ſi coturnicum & Gallorum apud nos pugnas videres, & ſtudium ea in re non parvum? Ridebis nimirum: praeſertim ſi audias lege nos iſtuc facere, & imperatum eſſe adultis omnibus adeſſe, & videre aves ad ultimam usque animi defectionem pugnantes. Sed neque hoc ridiculum. Subit enim ſenſim aliquis in animos ad pericula impetus, ne ignaviores videantur & minus audaces gallis, nec prius *quam illi* deficiant a vulneribus, aut laboribus, aut difficultate quacumque alia. In armis autem tentari illos, & videri vulnerari, apage. Beluinum enim, & plane ſiniſtrum, atque inſuper inutile, interficere optimos, quibus melius aliquis utatur adverſus inimicos.

Ἐπεὶ δὲ φῄς, ὦ Ἀνάχαρσι, καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα ἐπελεύσεσθαι, μέμνησο ἤν ποτε καὶ ἐς Λακεδαίμονα ἔλθῃς, μὴ καταγελάσαι μηδὲ ἐκείνων, μηδὲ οἰήσεσθαι μάτην πονεῖν αὐτοὺς, ὁπόταν ἢ σφαίρας περὶ ἐν

38. Cum autem dicas, Anacharſi, te reliquam etiam Graeciam peragraturum, memento, ubi Lacedaemonem veneris, ne derideas illos, neque putes, fruſtra illos laborare, cum aut de pila in theatro *certan-*

a Μηδὲ] Μὴ δὲ *J. Ald.* fere perpetuo. Σπ poſt δὲ inſerit marg. *A1.* Sed dubie anne voluerit δὴ. *b* Προαπαγορεύοιεν] Sic M. & Edd. excepta *Fl.* quae προαπαγορεύσοιεν. Ἀπαγορεύοιεν Mſ. Gr. *c* Καμάτων] Καμάτῳ M. *d* Αὐτῶν] Αὐτοὺς *Pell.*

11. Τί ἂν πάθοις] Etſi ſupra non ſemel habuimus pro, *quid facerem?* vid. ad I. *Ver. Hiſt.* c. 4. No. 57. Adde *Liban.* Epiſt. 730. f. *μὴ σύ τι πάθῃς ἀδέλτερον, ne quid committas illiberalius.* (licet numerus epiſtolar. male inſcriptus a *Wolfio*; epiſt. enim 731. aut omiſſa, aut numeri ab operis male continuati) Tamen hic melius erit, *quomodo adfectus fueris*, i.e. *nonne mirareris?* Sed quia ſequitur, γελάσῃ δηλονότι, eo reſpectu etiam *quid faceres* aliquo modo locum quidem haberet, minus tamen commodum fuerit. Interim liberior verſio *quid diceres*, ad ſenſum adcommoda non diſplicet. *J.F.R.*

Ibid. Ὀρτύγων] Certaminis *gallorum* meminit *Potterus*, laudatque *Ælian.* Var. H. II. 28. a Miltiade poſt Marathoniam pugnam inſtitutum docentem. Videntur autem Tanagraei galli caeteris antecelluiſſe; Ἀλ. c. 4. adde *Xenoph.* Συμπ. p. 514. l. 40. Ed. *Steph.* De *coturnicum certamine* nihil habet vir doctiſſimus; quo magis obſervari meretur. Meminit paſſim *Arrianus* ad Epictet. *M. du S.*

12. Ἀλεκτρυόνων] *Plinius* ſcribit Pergamis omnibus annis ſpectaculum gallorum gallinaceorum certantium ſolenniter ac publicitus edi ſolitum, ceu gladiatorum. Id & Athenis factitari coeptum eſt, *Aeliano* referente, a Themiſtocle ſuperatis Perſis. *G.C.*

Ἀλεκτρυόνων ἀγῶνας] De his omnia *Sam. Petitus* ad LL. Att. I, 40. ſ. p. 84. Si veram eorum certaminum originem docet *Aelianus* V. H. 2, 28. ubi refert ad Themiſtoclem, non cavit ſibi ab inſigni anachroniſmo aliquot aetatum vafer alioqui Lucianus, ut ſcilicet neque

tantes impetu facto, alteri alteros caedunt: aut ingressi in locum aqua circumdatum, divisique in *suam quisque* Phalangem, hostiliter, nudi & ipsi, se mutuo invadunt, donec circumscripto *illo loco* alterum agmen alteri ejiciant, *nempe* Lycurgi factionem Herculani, aut contra, detrudentes in aquam; hoc enim facto pax caeterum, neque quisquam alterum percusserit: maxime vero si videas, cum flagris caeduntur ad altare, & sanguine fluunt; patres vero aut matres adstantes adeo indigne, quae aguntur, non ferunt, ut etiam minentur, si non durent ad plagas, atque illis supplicent, ut quam longissime ferant molestiam, & mala tolerent. Multi ergo huic certamini immortui sunt, cum nollent se victos fateri, dum vita supereresset, in oculis suorum, neque cedere corpore: quorum etiam statuas videbis honorari publice, a Spartanorum republica positas. Etiam ista proinde cum videbis, noli putare illos furere, neque dicito, illos nulla idonea caussa aerumnas sustinere, neque tyranno cogente, neque hostibus illam necessitatem imponenti-

τῷ θεάτρῳ συμπεσόντες, [e] παίωσιν ἀλλήλους, ἢ ἐς χωρίον ἐσελθόντες, ὕδατι περιγεγραμμένον, ἐς φάλαγγα ἁρπάντες, τὰ πολεμίων ἀλλήλους ἐργάζωνται, γυμνοὶ καὶ αὐτοὶ, ἄχρις ἂν ἐκβάλωσι τῷ περιγράμματι τὸ ἕτερον σύνταγμα οἱ ἕτεροι, τὸν Λυκοῦργον οἱ καθ' Ἡρακλέα, ἢ ἔμπαλιν, συνωθοῦντες ἐς τὸ ὕδωρ (τὸ γὰρ ἀπὸ τούτου εἰρήνη λοιπὸν) καὶ οὐδεὶς ἂν ἔτι παίσειε. μάλιστα δὲ ἦν ὁρᾶς μαστιγουμένους αὐτοὺς ὑπὸ τῷ βωμῷ, καὶ αἵματι ῥεομένους, πατέρας δὲ καὶ μητέρας [f] παρεστώσας, οὐχ ὅπως ἀνιωμένας ὑπὸ τοῖς γιγνομένοις, ἀλλὰ καὶ ἀπειλούσας, [g] ἢν μὴ ἀντέχοιεν πρὸς τὰς πληγὰς, καὶ ἱκετευούσας ἐπιμήκιστον ἁρπεκέσαι πρὸς τὸν πόνον, καὶ ἐγκαρτερῆσαι τοῖς δεινοῖς. πολλοὶ γοῦν καὶ ἐναπέθανον τῷ ἀγῶνι, μὴ ἀξιώσαντες ἀπαγορεῦσαι ζῶντες ἔτι, ἐν ὀφθαλμοῖς τοῖς οἰκείων, μηδὲ εἶξαι τοῖς [h] σώμασιν· ὧν καὶ τοὺς ἀνδριάντας ὄψει τιμωμένους δημοσίᾳ, ὑπὸ τῆς Σπάρτης [i] ἀναστάντας. ὅταν τοίνυν ὁρᾶς κἀκεῖνα, μήτε μαίνεσθαι ὑπολάβῃς αὐτοὺς, μήτε εἴπῃς, [k] ὡς ἀδημίας ἕνεκα αἰτίας ἀναγκαίας ταλαιπωροῦσι, μήτε τυράννου βιαζομένου, μήτε [l] πολεμίων ἁρπαθέντων. εἴποι γὰρ ἄν

[e] Παίωσιν] Παίουσιν W. [f] Παρεστώσας] Παρεστῶτας W. male. [g] Ἢν] Εἰ M. [h] Σώμασιν] Σῶμασιν male *J.* [i] Ἀναστάντας] Sic M. *J. V2.* Ἀναταθέντας L. Ἀνατεθέντας Edd. cett. [k] Ὡς] Omittit *Fl.* & M. [l] Πολεμίων ἁρπαθέντων] Π—ων δ—ις *Pell.*

que in illo, quod paullo post σύγχρονον Soloni facere videtur Lycurgum, ducentis forte annis majorem. *J.M.G.*

21. Μηδὲ προαπαγορεύοιεν] Recte Mss. μηδ' ἀπαγορεύοιεν ὑπὸ τραυμάτων, ἢ καμάτων, ἢ τῶν ἄλλων δυχερῶς. *Ne vulnerati aut fessi, aut alia molestia affecti deficiant:* sic non male interpres, sed male vulgati sensum μὴ δὲ προαπαγορεύοιεν. Nam quis usus est τοῦ προαπαγορεύειν, aut quid potest significare? Paullo ante ἁμπνευστέοντα μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀπαγορεύσεως. *usque ad extremam animi defectionem.* Et c. 38. μὴ ἀξιώσαντες ἀπαγορεῦσαι ζῶντες. *J.G.G.*

33. Σφαῖρας πέρι] *A la Boule.* *F.G.*

41. Συνωθοῦντες εἰς τὸ ὕδωρ] Glossema videtur. *F.G.*

43. Ὁρᾷς μαστ.] Inter festa Lacedaemoniorum non minima celebritas. V. *Meurs.* Gr. fer. Nostrum Δημων. c. 46. & Ἰναρ. c. 16. *M. du S.*

Ibid. Μαστιγουμένους] Ad Dianæ Orthiæ aram pueri Lacedæmonii flagellabantur, ut patet apud *Pausan.* in Lacon. *Cic.* 2. Tusc. *Plut.* in Lycurg. *Tertull.* in Apologet. *G.C.*

44. Αἵματι ῥεομένους] Frustra igitur supra sollicitatur ἱδρῶτι ῥεόμενα, in c. 25. hujus *Dial.* ubi vid. quae noto. *J.F.R.*

50. Ἀναπέθανον] Exemplum hujus rei in Ludis illustre vise apud *Paus.* Arcad. 520. Ed. *Sylb.* quem locum optime enarrat *Palmerius.* De eodem vid. etiam *Philostr.* six. p. 817. in Arrich. qui diserte habet τὸ ἀπαγορεῦον ἐπισημαίνων τῇ χειρί. p. 820. Apud *Philostratum* ἐπαφεθαν τῇ νίκῃ. l. c. *M. du S.*

55. Ἀναστάντας] M. & *Venetae* Editiones. L. ἀναταθέντας, quod proxime accedit vulgatae ἀνατεθέντας. *M. du S.*

59. Διατεθέντων] Hic ἐπιτεθέντων legisse videtur Inter-

ἄν σοι καὶ ὑπὲρ ἐκείνων Λυκοῦργος ὁ νομοθέτης αὐτῶν πολλὰ τὰ εὔλογα, καὶ ἃ συνιδὼν κολάζει αὐτούς, οὐκ ἐχθρὸς ὢν, οὐδὲ ἵνα μίσους [a] αὐτὸ δρῶν, οὐδὲ τὴν νεολαίαν τῆς πόλεως εἰκῇ διαφθείρων, ἀλλὰ καρτερικώτατος, καὶ παντὸς δεινοῦ κρείττονας ἀξιῶν εἶναι τοὺς [b] σώζειν μέλλοντας τὴν πατρίδα. καίτοι κἂν μὴ ὁ Λυκοῦργος εἴπῃ, συνοίσεις, οἶμαι, καὶ αὐτὸς, ὡς οὐκ ἄν ποτε ληφθεὶς ὁ τοιοῦτος ἐν πολέμῳ, ἀπόῤῥητόν τι ἐξείποι τὴν Σπάρτης, αἰκιζομένων τῶν ἐχθρῶν, ἀλλὰ καταγελῶν αὐτῶν, μαστιγοῖτο ἂν, ἀμιλλώμενος πρὸς τὴν παίοντα, ἕως πρότερος ἀπαγορεύσειεν.

ANAX. Ὁ Λυκοῦργος δὲ καὶ αὐτὸς, ὦ Σόλων, ἐμαστιγοῦτο ἐφ' ἡλικίας, ἢ ἐκπρόθεσμος ἂν ἤδη τοῦ ἀγῶνος, ἀσφαλῶς τὰ τοιαῦτα ἐνεπαιδεύσατο; ΣΟΛ. Πρεσβύτης ἤδη ὢν ἔγραψε τοὺς νόμους αὐτοῖς Κρήτηθεν ἀφικόμενος· ἀποδεδημηκὼς δὲ πολὺν τοῦτον τὸν Κρῆτας, ὅτι [c] ἥκουσεν εὐνομωτάτους εἶναι, Μίνω, τοῦ Διὸς, νομοθετήσαντος ἐν αὐτοῖς. ANAX. Τί οὖν [d] σὺ καὶ, ὦ Σόλων, ἐμιμήσω Λυκοῦργον, καὶ μαστιγοῖς τοὺς νέους; καλὰ [e] γὰρ ταῦτα, καὶ ἄξια ὑμῶν ἐστιν. ΣΟΛ. Ὅτι ἡμῖν ἱκανὰ, ὦ Ἀνάχαρσι,

60 bus. Dicat enim pro illis etiam Lycurgus illorum legislator multa rationabilia, quidque spectans illos ita castiget, qui non ut hostis, neque odio illud faciat, nec qui sobolem civitatis ita consumere velit temere, sed quod postulet, ut patientissimi, & malo omni superiores sint, qui servaturi sint patriam. Quamquam, etsi non dicat Lycurgus, ipse, puto, intelligis, quam non unquam captus in bello talis arcanum quoddam Spartae enunciaturus sit, hostibus ipsum torquentibus; sed derisis illis, ita flagellandum se praebiturum, ut ad certamen provocet ferientem, uter prius fatigetur.

39. ANACH. Utrum vero ipse quoque, mi Solon, Lycurgus, juvenis cum esset pulsatus est, an egressus jam aetatem certaminis illius propriam, secure talia juvenili velut petulantia constituit? SOL. Senex jam erat, cum has illis leges scriberet, e Creta redux: eo autem peregrinatum abierat ad Cretenses, quod optimis illos legibus florere audierat, quarum Minos Jovis filius conditor fuerit. ANACH. Cur igitur tu quoque, Solon, non imitaris Lycurgum, & flagellas adolescentulos? pulchra enim ista, & vobis digna. SOL. Quod istae nobis sufficiunt exercitationes, do-

a Αὐτὸ] Αὐτὰ L. b Σώζειν] Σῴζειν W. cum puncto subscr. c Ἥκουσεν] Ἤκουσιν W. d Οὐ Ϛ σὺ, ὦ Σόλων] Ὦ Σόλων οὐχὶ Ϛ σὺ W. e Γὰρ Ϛ ταῦτα] Γὼρ Ϛ ταῦτα M.

terpres, sed depravate. F.G.

Διατιθέντων] Versum nempe erat: *hostibus imminentibus.* Sed *Gesn. illam necessitatem imponentibus.* At nec prior versio, quam *Guiet.* reprehendit, etsi paululum deflectens, adeo longe abibat; nam hostibus cogentibus, i.e. ad id disponentibus, eadem ratione intellectui horum verborum satisfaciet. Et in vexationibus peculiarem huic verbo sedem esse, monuit etiam Cl. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* I. c. 89. pr. quod obiter indicavi ad c. 6. f. hujus *Dial.* Est autem hic tantum variatio τῶ βιαζομένῳ, quod proxime praemissum est; vel poteris ὅτῳ intelligere, si presse ad literam velis interpretari, i. e. *hostibus sic disponentibus, statuentibus.* J.F.R.

60. Λυκοῦργος] Cave credas de Lycurgo hoc ut vivo Solonis tempore a Luciano dictum. M. du S.

75. Ἐφ' ἡλικίας] De pubertate dici, eoque aetatis flore, qui opponitur provectiori aetati, vid. *L. Bos* ad *Tyrannic.* c. 17. Adde Olympiodor. in vit. Plat. adnexa T. 2. *Diog. Laërt.* p. 583. ἐν ἡλικίᾳ δὲ γενόμενος. At pro tota aetate, sive seculo, *Diod. Sic.* IV. 1. Κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν γεγονότες. Item V. c. 20. τιμῶν) — μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς ἡλικίας. J.F.R.

Ibid. Ἐκπρόθεσμος — τῶ ἀγῶνος] *Obsop.* misere: *Certaminis auctor existens*, quum ferme plane contrarium significet: Recte *Gesnerus*, *aetatem certaminis jam egressus*, dedit. Testimonia ex Luciani *Hermot.* aliisque attulit *Steph.* in Thes. Nostri autem verba sunt in *Hermot.* c. 80. f. λέγων ὑπερήμερον εἶναι Ϛ ἐκπρόθεσμον τῶ ὁρίσματος, ubi de eo qui intra diem dictum non solvit, sive, *qui supergressus est tempus statutum*, adhibetur. J.F.R.

97. Ἐκκοῦφ] Sic scribitur ap. *Hippocr.* ubivis. Et quamquam adspirate interdum alibi in nonnullis Luciani Edd. inveni, item in Scholiast. tamen frequentius laevigatur in Edd. optimis, & sic etiam derivatum

domesticae quae sint : peregrina autem aemulari non sane dignum nobis putamus. ANACH. Non? Verum intelligis nempe, quid sit, flagellis caedi nudum, manibus in altum protensis, nullius bonae rei caussa, quae vel ad unumquemque singulatim, vel communiter ad civitatem perveniat. Igitur si quando peregriner Spartae, equidem, quo tempore ista faciunt, metuo, ne statim publice lapidibus ab iis obruar, si ad singula rideam, videns pulsari illos tanquam fures, aut grassatores, aut qui aliud ex eo genere fecerint. Omnino enim helleboro mihi indigere eorum videtur civitas, quae tam ridicula fieri publice patiatur.

ταῦτα τὰ γυμνάσια, οἰκεῖα ὄντα· ζηλῶν δὲ τὰ ξενικὰ οὐ πάνυ ἀξιῶμεν. ANAX. Οὐκ· ἀλλὰ συνίης, οἶμαι, οἷόν τι ἐστὶ μαστιγοῦσθαι γυμνὸν, ἄνω τὰς χεῖρας ἐπαίροντα, μηδενὸς ἕνεκα ὠφελίμου, ἢ αὐτῷ ἑκάστῳ, ἢ κοινῇ τῇ πόλει. ὡς ἔγωγε ἤν ποτε ἐπιδημήσω τῇ Σπάρτῃ, καθ' ὃν χρόνον ταῦτα δρῶσι, δοκῶ μοι τάχιστα καταλευσθήσεσθαι δημοσίᾳ πρὸς αὐτῶν, ἐπιγελῶν ἑκάστοις, ὁπόταν ὁρῶ τυπτομένους καθάπερ κλέπτας, ἢ λωποδύτας, ἤ τι ἄλλο τοιοῦτον ἐργασαμένους. ἀτεχνῶς γὰρ [f] ἐλλεβόρου δεῖσθαί μοι δοκεῖ ἡ πόλις αὐτῶν, ὅτῳ καταγέλαστα ὑφ' [g] ἑαυτῆς πάσχουσα.

40. SOL. Ne puta, o generose, te desertam litem, vel absentibus viris, dum solus dicis, victurum. Erit enim Spartae, qui pro istis etiam, ea quae par est, tibi respondeat. Verum quandoquidem ego nostra tibi enarravi, tu autem non satis illa probare videris, nihil injusti ego abs te petiturum me arbitror, ut tu etiam vicissim enarres mihi, quo modo vos Scythae juvenes vestros quibusque in exercitationibus educetis, & quomodo honesti apud vos viri fiant. ANACH. Justissime tu quidem istuc,

1 ΣΟΛ. Μὴ ἐρήμην, ὦ γενναῖε, μηδὲ τῶν ἀνδρῶν ἀπόντων, μόνος αὐτὸς λέγων, οἵῳ κρατεῖν. ἔσται γάρ τις ὁ καὶ ὑπὲρ ἐκείνων σοὶ τὰ εἰκότα [h] ἀντερῶν ἐν Σπάρτῃ. πλὴν ἀλλ', ἐπείπερ ἐγὼ τὰ ἡμέτερά σοι διεξεληλύθα, σὺ δὲ οὐ πάνυ [i] χρῆσιμόν μοι αὐτοῖς ἔοικας, οὐκ ἄδικα αἰτήσειν ἔοικα σῶν, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ μέρει διεξέλθῃς πρὸς μὲ, ὃν τρόπον ὑμεῖς οἱ Σκύθαι ἀσκεῖτε τοὺς νέους τοὺς παρ' ὑμῖν, καὶ οἷς τισι γυμνασίοις ἀνατρέφετε, καὶ ὅπως ὑμῖν ἄνδρες ἀγαθοὶ γίγνονται. ANAX. Δικαιότατα μὲν ἔγωγε, ὦ Σό-

[f] Ἐλλεβόρου] Bene sic M. *Fr. B*1. & 2. *P. S.* Ἐλεβόρου *J. V*2. *Ald. Fl. H.* [g] Ἑαυτῆς] Αὐτῆς W. [h] Ἀντερῶν ἐν Σπ.] Ἐν Σπάρτῃ ἀντερῶν M. [i] Ἀρεσκομένῳ αὐτοῖς] Receptum ex M. & *Fl.* Αὐτοῖς etiam W. Ἀρεσκόμενον ἐν τούτοις Edd. cett.

tum ἐλεβορίζω *Herm.* f. & 2. *Ver. Hist.* c. 18. ἐλεβόρου autem uno λ. ut vitiosum contemsi, licet & Cod. O. sic habeat infra, *Navig.* c. 45. & supra T. I. in *Dial. Mort.* XIII. f. quod in variantt. non notavit Cl. *Hemsterh.* quia *Iuntinum* illam, in qua has varietates notarat *Solanus*, non possidebat. Sed res est parvi, & quam nobis ad ostentandam nostram in colligendis variis lectt. diligentiam facile relinquet ille, qui vel sine Codd. Luciani manum felicius restituere norit, quam nos illis instructi. *J.F.R.*

6. Ἀρεσκομένῳ αὐτοῖς] M. & *Fl.* Ed. Sed in Mss. litura est in priori voce. In L. etiam additum est. Reliqui Libri corruptissime, ἀρεσκόμενον ἐν τούτοις. *M. du S.*

Ἀρεσκομένῳ &c.] Antiquiorem quidem *Fl.* lectionem cum *Solano* adripui, quia etiam ex Cod. probatur, & Noster sic solet, ut *Bis Accus.* c. 14. ἔοικας — χαρο-

ζομένῳ, &c. Alioqui per me non mutassem; neque credo structuram ἀρεσκόμενον ἔοικας vitiosam esse; quum & sic in *Ælian.* V. H. XIII. 21. legam, καὶ ἔοικε κωφῇ, unde tamen facile κωφῇ quoque feceris. Sed sine controversia cum nominativo *Long. Past.* L. 2. p. 68. (αἱ Νύμφαι) ἐφκεσαν ἐλεῦσαι τὸ Δάφνιν. Habuimus idem ante, ubi *Solanus* tamen id quoque mutavit. At nihil interierit, num dicas: *similis erat furenti*, an: *videbatur furens.* Adeoque nominativus hic aeque bonus, etsi minus usitatus, quam dativus. Verum quia illud ἐν τούτοις Scholiastae stilum sapit, facilius mihi persuaderi sum passus, Florentinae lectioni locum dare. Neque ideo dico ἀρέσκειν ἐν τινὶ Graecum non esse, qui & γελᾶν ἐν τινὶ & similia supra probavi; nec barbarum facio illud Novi Foederis *Matth.* III. 17. ἐν ᾧ εὐδόκησα, quod vel decies deinceps in Euang. & Epist. occurrit. *J.F.R.*

Σόλων, ᾗ ἔγω γε διηγήσομαι τὰ Σκυθῶν νόμιμα, ἴσως σεμνὰ ἴσως, οὐδὲ καθ' ὑμᾶς, οἵ-γε οὐδὲ κόρρης παλαχθῆναι τολμήσαιμεν ἂν μίαν πληγήν· δειλοὶ γάρ ἐσμεν· ἀλλὰ εἰρήσεταί γε ὁποῖα ἂν εἴη. ἐς αὔριον μύθοι, εἰ δοκεῖ, ὑπερβαλώμεθα τ' συνουσίαν, ὡς ἄ τε αὐτὸς ἔφης, ἔτι μᾶλλον ἐννοήσαιμι καθ' ἡσυχίαν, ἄ τε χρὴ εἰπεῖν, συναγάγοιμι τῇ μνήμῃ ἐπελθών· τὸ δὲ νῦν ἔχον, ἀπίωμεν ὅπῃ τύτοις, ἑσπέρα γὰρ ἤδη.

Solon. Et enarrabo tibi Scytharum legitima, non ita splendida fortasse, neque vestris similia, qui neque alapam mala una excipere audeamus, meticulosi homines; sed dicetur tamen, qualia sint. Verum in crastinum, si videtur, differamus disputationem, ut & quae ipse dixisti magis adhuc silentio perpendam, & quae dicenda sint, memoria percurrens cogitem. Nunc autem ut se res habet, his ita dictis abeamus. Jam enim est vespera.

ΠΕΡΙ ΠΕΝΘΟΥΣ.

DE LUCTU.

ΑΞιόν γε θεωρῆσαι τὰ ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐν τοῖς πένθεσι γιγνόμενα, ᾗ λεγόμενα, ᾗ τὰ ὑπὸ τ' παραμυθουμένων δηθεν αὐτοὺς [a] αὖθις λεγόμενα, καὶ ὡς ἀφόρητα ἡγοῦνται τὰ συμβαίνοντα σφίσι τε αὐτοῖς οἱ ὀδυρόμενοι, ᾗ [b] ἐκείνοις οὓς ὀδύρονται, ὅ, μὰ τ' Πλούτωνα, ᾗ Περσεφόνην, κατ' οὐδὲν ὀρθῶς σαφῶς, οὔτ' εἰ πονηρὰ ταῦτα καὶ λύπης ἄξια, οὔτε εἰ τοὐναντίον ἡδέα ᾗ βελτίω τοῖς παθοῦσι, νόμῳ δὲ ᾗ συνηθείᾳ τ' λύπην ὀρθὴν ἐπιτρέποντες. ἐπειδάν τοίνυν ἀποθάνῃ τις, οὕτω ποιοῦσι. μᾶλλον δὲ πρότερον εἰπεῖν βούλομαι ἅς τινας περὶ αὐ-

OPerae pretium sane fuerit observare, quae a vulgo fiunt in luctu ac dicuntur, quaeque vicissim ab his, qui consolantur istos, dicuntur; & ut intolerabilia lamentantes putant, cum quae sibi eveniunt ipsis, tum quae illis, quorum vicem dolent: non illi, per Plutonem ac Proserpinam! ulla ex parte scientes dilucide, nec, sintne mala ista ac dolore digna, neque an contra ea suaviora sint ac meliora his, quibus eveniunt; sed institutis & consuetudini illum dolorem suum condonantes. Cum igitur mortuus fuerit aliquis, sic faciunt. Quin illud prius volo dicere, de mor-

a Αὖθις] Αὖ Fl. b Ἐκείνοις] Αὐτοῖς ἐκείνοις Fl.

15. Παλαχθῆναι] Εἰρωνικῶς dictum. F.G.

17. Ἰδιώτας] Ἰδιότης ὁ ἀπολίτευτος, ᾗ ὁ ἀμαθὴς, ἢ ἀγράμματος. Lege *Cic.* VII. *Verr.* G.C.

18. Ὁμήρου] De Homero fabularum patre vide Menippi & Æaci Dialogum. G.C.

21. Ἅιδου] Tartarus *Hesiodo* is locus est, in quo Saturnus & ejus comites continentur. Sæpe tamen pro loco inferorum capitur. Sed eum esse aërem sub utroque cardine crassum, perpetuo frigidum, Crates scribit. De inferis & campis Elysiis scripsit accurate *Virgil.* Ex Gobria Mago apud Academicum Xenocratem. Sed an inferi sint, & de inferorum poenis *Coel.* L. VI. 9. Dicitur autem *tartarus* a ταράττω, vel a ταρταρίζειν. G.C.

25. Τῷ χάσματι] Hic pro tartaro ipso; sed deinde in *Philops.* c. 25. pro introitu ad tartarum ponitur. Rev. *J. Elsner.* ad *Evang. Luc.* XVI. 26. ubi μεταξὺ ἡμῶν & ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήριχται habemus, quem vide plura ibi adferentem. J.F.R.

28. Πλούτωνι] Inde & Romanis *Dis pater*, vel *Dis* simpliciter. *Cic.* de Nat. D. II. *Terrena autem vis omnis atque natura Diti Patri dicata est, qui DIVES ut apud Graecos Πλούτων, quia & recidant omnia in terras & oriantur e terris.* & *Lact.* I. 14. M. du S.

30. Αὐτῷ] Αὐτῶν praetulissem, nisi longe major Edd. numerus αὐτῷ praeferret. In *Fl.* αὐτῷ est sine jota subscripto, quod suspicionem aliquam de αὐτῶν etiam parit. J.F.R.

31. Τὸν τοιοῦτον] Mallem cum *Fl.* omittere articulum. Non tamen eum abjeci, quia & saepe alibi abundat, ut *Imag.* c. 14. τὸ γὰρ — τὸ ἀκριβέστατον. *Tox.* c. 50. ante med. τὴν κότου τ' ὀργῆς τ' Ἀρτεμίδος, τὴν ἐπ' ἐμ-

morte ipsa quas habeant sententias: sic enim apparebit, cujus rei causa in supervacuis illis elaborent.

2. Vulgus igitur promiscuum, quos idiotas appellant docti, Homero atque Hesiodo, & fabularum auctoribus caeteris, fidem qui habeant, & legem sibi statuant illorum fictionem, locum quendam sub terra profundum *esse* putant inferos, eumque magnum & spatiosum esse, & tenebricosum, ac sole carentem; eundem tamen nescio qua ratione illustrem in tantum, ut quae in eo sunt conspici possint omnia. Imperare autem in magno illo hiatu fratrem Jovis, Plutonem *s. Ditem* homine, qua quidem appellatione (ut aliquis mihi talium peritissimus retulit) ideo cohonestatus est, quod *dives* sit mortuis. Hunc porro Ditem suae civitatis, & vitae illius apud inferos, haec habere instituta. Nam forte ipsi obtigisse mortuorum imperium, quos ille receptos atque assumtos vinculis contineat, quae effugere nemo possit, nec ulli omnino redeundi facultatem tribuat, nisi ob maximas causas quibusdam ab omni aevo paucissimis.

3. Circumflui autem ipsius regionem fluviis magnis, & terrorem vel ipso nomine injicientibus; Cocyti enim (*ploratus*) & Pyriphlegethontes (*ignicremi*) & similiter appellantur. Quod vero maximum, Acherusia palus objacet, quae primum venientes

τῇ τῆ θανάτῳ δόξας ἔχουσιν. οὕτω γὰρ ἔσται φανερὸν, ἕ τινος ἕνεκα τὰ περιττὰ ἐκεῖνα διαπονήσουσιν.

Ὁ μὲν δὴ πολὺς ὅμιλος, οὓς ἰδιώτας οἱ σοφοὶ καλοῦσιν, Ὁμήρῳ τε καὶ Ἡσιόδῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις μυθοποιοῖς πεὶ τούτων πειθόμενοι, καὶ νόμον θέμενοι τὰ ποίησιν αὐτῶν, τόπον τινὰ ὑπὸ τὴν γῆν βαθὺν, Ἅιδην ὑπειλήφασι, μέγαν δὲ καὶ πολύχωρον τοῦτον εἶναι, καὶ ζοφερὸν καὶ ἀνήλιον, οὐκ οἶδ' ὅπως αὐτοῖς φαντάζεται δοκοῦντα, πρὸς τὸ καὶ καθορᾶν τὰ ἐνόντων ἕκαστον. βασιλεύειν δὲ τοῦ χάσματος ἀδελφὸν τοῦ Διὸς, Πλούτωνα κεκλημένον (ὡς μοί τις τὰ τοιαῦτα δεινῶν τις ἔλεγε) ἀφ' τὸ πλουτεῖν τοῖς νεκροῖς τῇ προσηγορίᾳ τελεσιμνήμονα. τοῦτον δὲ τὸν Πλούτωνα τὰ παρ' [c] αὐτῷ πολιτείαν, καὶ τὰ κάτω βίον καταστήσασθαι [d] τὰ τοιοῦτον. κεκληρῶσθαι μὲν γὰρ αὐτὸν ἄρχειν τῶν ἀποθανόντων· καταδεξάμενον δὲ αὐτοὺς, καὶ παραλαβόντα, κατέχειν δεσμοῖς ἀφύκτοις, ὅσοι τὸ παράπαν [e] τῆς ἀνόδου ὑφιέμενον, πλὴν ἐξ ἅπαντος τοῦ αἰῶνος πάνυ ὀλίγοι διὰ μεγίστας αἰτίας.

Περιρρεῖσθαι δὲ τὴν χώραν αὐτοῦ πολαμοῖς μεγάλοις τε καὶ φοβεροῖς, καὶ ἐκ μόνων τῶν ὀνομάτων· Κωκυτοὶ μὲν, καὶ Πυριφλεγέθοντες, καὶ τὰ τοιαῦτα κεκλημένοι. τὸ δὲ μέγιστον, ἡ Ἀχερουσία λίμνη [f] προσκεῖται, πρώτη δεχο-

c Αὐτῷ] Sic *Fl. P. H. Ald. S.* &c. Αὐτῶν *J.* & marg. *Aiw. d* Τὸν τοιοῦτον] Omittit artic. *Fl.* Qui adest in cett. *e* Τῆς ἀνόδου ὑφιέμενον] Ita *Fl. B1. Ald. Fr. P. H.* Τῆς ἄνω ὁδοῦ ὑφιεμένων *J.* & marg. *Aiw. f* Προύκειντο] Πρόκειται *J.* & *Va.* Πρόσκειται L. & G.

τὰ γάμου. Ante τοιοῦτος etiam additur artic. *Hermot.* c. 33. τὸ τοιοῦτον ὅμοιον ἂν εἶναι. Sed alius non praecessit ibi. Eod. vero *Dial.* c. 26. τότε τοίνυν τὸ πλῆθος, ubi plura dedi. Adde *D. Sic.* V. c. 72. τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, *Aesop.* Fab. 2. f. τὸ γένος τὸ τῶν ἀετῶν, cujusmodi sexcenta liceret proferre, ut, τοῖς Ἡρακλέους τοῖς ἀδελφοῖς ex *Pausan.* p. 162. Vid. *Maitt.* de Dial. p. 75. Si quis jam velit τρόπον h. l. intelligi post τοιοῦτον, ut sit: κατὰ τὸν τοιοῦτον τρόπον. ei omnino articulus erit servandus. *J. F. R.*

34. Ἀσωμάτους ἀφύκτους] Conf. supr. *Deor. Dial.* XVII. med. *M. du S.*

40. Κωκυτοὶ] Κωκυτὸς a luctu & ejulatu nominatur; lacus autem est inferorum, qui ex sententia *Homeri*, Odyss. K. ex Styge manat, de quo *Seneca* Hercul. fur. & *Virg.* VI. Æn. *G. C.*

41. Τὸ δὲ μέγιστον] Τὸ δὲ μέγιστον ἡ Ἀχερουσία λίμνη προκειται. *Quodque est gravissimum, praejacet Acherusia palus.* sic interpres. sed scribendum ut Mss. πρόκειται, *Acherusia palus adjacet.* *J. G. G.*

42. Ἀχερουσία] Inferorum fluvius a nomine Acheron carminibus poëtarum celebris, quasi sine gaudio. *Virg.* 2. Georg. & VI. Æn. *G. C.*

Ibid. Πρόκειται] Variant hic Libri. Mss. Gr. & L. προσκ— Edd. πρόσκ—. *J.* & *Va.* eam scripturam prae-

χομένη τὸς ἀπαντῶντας, ἣν ὁδὸν ἔνι διαπλεῦσαι, ἢ παρελθεῖν, ἄνευ τῦ πορθμέως· βαθεῖά τε γὰρ περάσαι τοῖς ποσὶ, καὶ διαπήξασθαι πολλὴ· καὶ ὅλως, οὐκ ἂν αὐτὴν διαπλαίη οὐδὲ τὰ νεκρὰ τῶν ὀρνέων.

excipit, quam trajicere non licet, nec praeterire sine portitore; cum profundior sit, quam ut pedibus transiri possit, & latior, quam ut natatu trajicias; adeo ut neque volucres mortui eam transvolare possint.

Πρὸς δὲ αὐτῇ τῇ καθόδῳ, καὶ πύλη, ὅση ἀδαμαντίνη, ἀδελφιδῦς τῦ βασιλέως Αἰακός ἐστι, τὰ φρυκτὰ ἐπιτετραμμένος, καὶ παρ' αὐτῷ, κύων τριτέφαλος, μάλα κάρχαρος, τὸς μὲ ἀφικνυμένυς φίλιόν τι καὶ εἰρηνικὸν προσβλέπων, τὸς δὲ πειρῶντας ἀποδιδράσκειν ὑλακτῶν, καὶ τῷ χάσματι δεδιττόμενος.

4. Ad ipsum porro descensum & portam, quae adamantina est, Aeacus est fratre regis genitus, cui custodia illius credita, & prope illum triceps canis, asperrimus, qui advenientes quidem amico vultu & pacato adspiciat, fugere autem si qui conentur, latratu atque rictu terreat.

Περαιωθέντας δὲ τὴ λίμνη ἐς τὸ εἴσω, λειμὼν ὑποδέχεται μέγας, τῷ ἀσφοδέλῳ κατάφυτος, καὶ ποτὸν, μνήμης πολέμιον. Λήθης γὰρ διὰ τῦτο [a] ὠνόμασται. ταῦτα γὰρ ἀμέλει διηγήσαντο τοῖς πάλαι ἐκεῖθεν ἀφιγμένοι Ἄλκηστίς τε, καὶ Πρωτεσίλαος οἱ Θετταλοὶ, καὶ Θησεὺς ὁ τῦ Αἰγέως, καὶ ὁ τῦ Ὁμήρυ Ὀδυσσεὺς, μάλα σεμνοὶ καὶ ἀξιόπιστοι μάρτυρες, ἐμοὶ δοκεῖν, ἃ πιόντες τῦ ποταμῦ, ἃ γὰρ ἂν ἐμέμνηντο αὖθις.

5. Hunc qui lacum superarunt, eos intus pratum suscipit magnum, consitum asphodelo, & potus expugnator memoriae, Lethes (*oblivionis*) enim *potus* propter hoc ipsum appellatus est. Haec nimirum narrarunt antiquis, qui inde redierunt, Alcestis atque Protesilaus, Thessali, & Aegei Theseus *filius*, & Homericus Ulysses, graves & digni fide testes, ut mihi videtur, qui de fonte illo non biberunt, neque enim alias memoriam eorum retinuissent.

6. Dis

a Ὠνόμασται] Ὀνόμασται vult *Solan.* ex *Fl.* Vid. nott.

ferunt, quam secutus sum. *M. du S.*

49. Ἀδελφιδῦς τῦ βασιλέως Αἰακός ἐστι] Jam notaverat *Cognatus*, Æacum esse Jovis filium, Plutonem vero regem dixerat supra Lucianus fratrem Jovis. An hinc ergo non satis debuerunt moneri interpretes, ne verterent *Æacus est regis patruelis*, nec Æacum & Plutonem faecrent patrueles, quum alter sit patruus, alter fratris filius? Immo ipsa Graeca vox debuerat eos admonuisse. *J.G.*

Ibid. Αἰακὸς] Tres sunt inferorum judices, de quibus *Virg.* VI. Æn. *Ovid.* in Ibin. Jovis filii fuere, Æacus ex Ægina Æsopi filia, Minos & Rhadamanthus ex Europa, uterque Cretensis, hic Lyciæ Rex, ille Cretae. *G.C.*

51. Κύων τριτέφαλος] Cerberus a poëtis fingitur canis triceps inferorum custos. *G.C.*

52. Κάρχαρος] *Asper. καρχαρόδους. F.G.* Conf. supra *de Merced.* c. 35. *Quom. Hist.* c. 43. *de Sals.* 4. Et *Bis Accus.* c. 33. Proprium vero canis epitheton. Vid. *Lycophr.* Alex. vs. 34. ibique *Schol.* & *Meurs.* *J.F.R.*

54. Ὑλακτῶν ἐν τῷ χάσματι δεδιττόμενος] Vertunt, *allatrans territosque in specum redigit.* Immo plane contrarium indicant Graeca; ut non tam redigantur in specum, sed abigantur, deterreantur ipso specu, non scilicet tartareo, sed oris Cerberei, atque adeo verti debebat *& rictu* vel hiatu *deterrens*, nempe ab tentanda ulterius fuga. *J.G.*

57. Ἀσφοδέλῳ] Asphodeli mentionem & *Homerus* fecit, traditaque manes eo vesci. *Hesiod.* L. I. Oper. *G.C.*

59. Λήθης] Lethaei amnis Ptolemaeo & aliis fit mentio, dicitur λαὸ τὸ λήθης ab oblivione. *G.C.*

Ibid. Ὠνόμασται] *Solanus* margini *Junt.* adscripserat ὀνόμασται Florentina recte, & ὦ in contextu deleto ὁ reposuerat, quod plane non capio; nam nihil incommodi habet praeteritum. At vero, si ὀνομάζει legeris, alia res foret, idque reciperem, si plures addicerent. Et forsan id ipsum voluit, at calamus aberravit; nam ὀνόμασται praeteritum sine augmento contra ipsius sententiam foret, qui augmentum deficiens ubique addere solet. *J.F.R.*

61. Ἄλκηστις] Conf. *Dial. Mort.* XXIII. §. 3. *M. du S.*

64. Ἐμοὶ δοκεῖν] Et sic esse in *Fl.* ac *Fr.* adlevit *Sol.*

Est

6. Dis ergo, ut illi dixerunt, & Proserpina, imperant, atque in dominio habent omnia; ministrant vero illis, & imperium una exercent, turba multa, Furiae, Poenae, Terrores, & Mercurius: hic quidem non semper praesens.

Ὁ μὲν ἓν Πλούτων, ὡς ἐκεῖνοι ἔφασαν, καὶ ἡ Περσεφόνη, δυναστεύουσι, καὶ τὰ τῶν ὅλων δεσποτείαν ἔχουσιν· ὑπηρετοῦσι δ' αὐτοῖς, καὶ τὰ δεξιὰν συνδιαπράττουσιν, ὄχλος πολὺς, Ἐρινύες τε, καὶ Ποιναὶ, καὶ Φόβοι, καὶ ὁ Ἑρμῆς· οὗτος μέντοι οὐκ [b] αἰεὶ συμπαρών.

7. Magistratus vero & Satrapae & judices sedent duo Minos ac Rhadamanthus Cretenses, & Jovis filii. Hi vero bonos quidem viros & justos, qui cum virtute vixere, ubi plures convenerunt, tanquam in coloniam quandam mittunt in campum Elysium, ubi vitam agant beatissimam.

Ὑπαρχοι δὲ, καὶ σατράπαι, καὶ δικασταὶ κάθηνται δύο, Μίνως τε καὶ Ῥαδάμανθυς, Κρῆτες ὄντες, καὶ υἱοὶ τοῦ Διός. οὗτοι δὲ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν, καὶ δικαίους, καὶ κατ' ἀρετὴν βεβιωκότας, ἐπειδὰν συναλισθῶσι πολλοὶ, καθάπερ εἰς ἀποικίαν τινὰ, πέμπουσιν ἐς τὸ Ἠλύσιον πεδίον, τὸν ἥδιστον βίον συνεισομένους.

8. Si vero malos deprehendant, traditos Furiis in impiorum locum detrudunt, pro portione suae injustitiae puniendos. Ibi vero quid non malorum patiuntur? torti, ustulati, carpti a vulturibus, a rota circumacti, saxa per arduum volventes. Tantalus quidem, ad ipsum stans lacum

Ἂν δέ τινας τῶν πονηρῶν λάβωσι, ταῖς Ἐρινύσι παραδόντες, [c] εἰς τὸν τῶν ἀσεβῶν χῶρον [d] ἐκπέμπουσι, καὶ λόγου τὰ ἀδικίας κολασθησόμενοι. ἔνθα δὴ τί τῶν κακῶν οὐ πάσχουσι, τριβόμενοί τε καὶ [e] καιόμενοι, καὶ ὑπὸ γυπῶν ἐσθιόμενοι, καὶ τροχῷ συμφερόμενοι, καὶ λίθους ἀναχυλίοντες; ὁ μὲν γὰρ Τάνταλος, ἐπ' αὐτῇ τῇ λίμνῃ αὖ-

[b] Αἰεὶ] Sic Edd. constanter. [c] Ἐς τὸν τῶν ἀσ. χῶρον] Ἐς τὸ χωρίον Fl. sola. [d] Ἐκπέμπουσι] Ἐσπέμπουσι J. sola. [e] Καιόμενοι] Sic Fl. B1. P. &c. recte. Καιόμενοι J.

Est & in cett. quid mirum? Ita enim solet, ut, ἁπλῶς γὰρ αὐτῶν. *Paras.* c. 42. pr. Ἐμοὶ δοκεῖν, infra *de Dom.* c. 17. f. & supra I. *Ver. Hist.* c. 7. &c. *Alciphr.* III. p. 372. Ἐμοὶ δοκεῖν, Θετταλίδα τινὰ γραῦν — καθαγιστεύσει. Et sic *Plut.* Themist. p. m. 113. F. *Aristoph.* Pl. 736. *Ael.* V. H. I. 17. atque alibi. *J.F.R.*

70. Ἐρινύες] Male vertunt Ἐρινύας, furiae. *Furiae*, *poenae.* Cum sit, *Erinnyes*, *Furiae.* *J.G.G.*

Ibid. Φόβοι] Mirum ni corrupta haec vox. Scio tamen & *Pavori* dedicatum templum. Sed de notis & tritis Diis hic sermo est. V. *Fl.* *M. du S.*

71. Αἰεὶ] Licet αἰεὶ pro ἀεὶ potius poëticum; nihil tamen muto, quia sic saepe ap. Nostrum. Ita οἶνον pro ὄινον vid. ad *Amor.* c. 49. & mox ad c. 15. *J. F.R.*

77. Συναλισθῶσι] Conf. infra *Philops.* c. 12. *M. du S.*

82. Ἐς — χῶρον ἐκπέμπουσι] Non quidem vitiosum quod J. habet ἐσπέμπουσι, error tamen operarum, aut forsan correctoris, qui duas praepositiones oppositas ferre non potuit; qua oppositione tamen nihil frequentius. Vid. quae notamus ad *Hermot.* c. 79. f. εἰς ἅλμην ἐκχέας. Ita εἰς & πρὸς μὲ λαμβάνει habuimus ap. Nostrum vel centies: qui dubitat, adeat *Tim.* c. 26. & 33. *Nigr.* §. 4. *Imag.* 1. & 2. *Quom. Hist.* c. 42. πρὸς τὸ — λαμβάνοιτες. Et *Icarom.* 23. *Bis Accus.* 20. &c. *Alciphr.* III. p. 450. Verum & eamdem praepositionem repeti quis nescit? Quare pauca tantum tironibus: *Tim.* §. 25. ἐκλεπτοῖς ἐκ τῶν βίων. *Gall.* 31. ἐκφυγοντῶντα ἐκ Φροντίδων. *Quom. Hist.* c. 4. m. πρὸς — λιβάδων προσπεσόντα. *Thucyd.* VII. 51. πρὸς τὰ τύχη προσβάλλον, & c. 50. pr. ἀφικόμενοι ἐκ Λυβίης. *Long. Past.* III. 117. εἰς πόλεμον ἐκάλεσαν. *J.F.R.*

85. Καιόμενοι] Quis? vide not. ad *Mer.* c. 14. *M. du S.*

86. Ὑπὸ γυπῶν — Τάνταλος] *Homer.* Od. Λ. 581. *M. du S.*

87. Ὁ μὲν δὴ Τάνταλος ἐν αὐτῇ τῇ λίμνῃ αὐτὸς ἕστηκε] *Tantalus in ipsa palude stat.* Sic interpres. Cur omisit αὐτὸς? quia nullus ei hic erat locus. Quid enim esset *Tantalus in ipsa palude ipse stat.* legendum αὖος. Ὁ μὲν δὴ Τάνταλος ἐν αὐτῇ τῇ λίμνῃ αὖος ἕστηκε. *Tantalus in illa ipsa palude siccus stat*, quippe qui *mediis sitiebat in undis.* Hanc meam emendationem certissimam esse postea firmavit vetus codex. *J.G.G.*

[a] αὐ῾τ῾ῷ ἔφη, κινδυνεύων αὐτὸ τοῦτο δι᾽ ὃ κακοδαίμων ἀποθανεῖν.

siccus, siti mori miser metuit.

90

Οἱ δὲ τῦ μέσου βίου πολλοί ὄντες ἔτοι, ἐν τῷ λειμῶνι πλανῶν῾τ῾αι ἄνευ τ῾ σωμάτων, σκιαὶ γενόμενοι; κ᾽ ὑπὸ τῇ ἁφῇ καθάπερ καπνὸς ἀφανιζόμενοι. τρέφον῾τ῾αι δὲ ἄρα ταῖς παρ᾽ ἡμῖν χοαῖς, καὶ τοῖς καθαγιζομένοις ὅπι τ῾ τάφων· ὡς εἴ τῳ μὴ εἴη καταλελειμμέν῾ῳ ὑπὲρ γῆς φίλ῾ῳ, ἢ συγγενὴς, ἀσιτ῾ῳ ἔτ῾ῳ νεκρὸς, κ᾽ λιμώττων ἐν αὐτοῖς πολιτεύε῾τ῾αι.

9. Sed mediae cujusdam vitae homines; magnus sane numerus, per pratum oberrant sine corporibus, umbrae facti, quique sub ipso tactu fumi instar evanescant. Nutriuntur ergo libaminibus nostris, & inferiis quas tumulis illorum mittimus. Itaque si cui non sit relictus supra terram amicus aut cognatus, ille esurit mortuus, & fame cruciatus inter illos vitam agit.

Ταῦτα ἕτως ἰσχυρῶς ἐξελήλυθε τὸς πολλὸς, ὥσ῾τ᾽ ἐπειδάν τις ἀποθάνῃ τ῾ οἰκείων, πρῶτα μὲ φέροντες ὀβολὸν, ἐς τὸ στόμα κατέθηκαν αὐτῷ, μισθὸν τῷ πορθμεῖ τ῾ ναυτιλίας γενησόμενον· ὑ πρότερον ἐξετάσαντες ὁπόθεν τὸ νόμισμα νομίζε῾τ῾αι, κ᾽ εἰ διαχωρεῖ πρὸς καὶ τοῖς κάτω, κ᾽ εἰ δύνα῾τ῾αι παρ᾽ ἐκείνοις Ἀττικὸς, ἢ Μακεδονικὸς, ἢ Αἰγινητικὸς ὀβολός· διὸ ὅτι πολὺ κάλλιον ἦν μὴ ἔχειν τὰ πορθμεῖα καταβαλεῖν. ἕτως ἂν, ὑ προσδεξαμένου τῦ πορθμέως, ἀναπόμπιμοι πάλιν ἐς τ῾ βίον ἀφικνῦντο.

10. Haec firmiter adeo occuparunt vulgus, ut si quis moriatur familiarium, primo quidem obolum in os illi imponant, mercedem futuram portitori trajectus, non exploratо prius, quod numi genus lege ibi receptum sit? an apud inferos commeet? valeatne apud illos Atticus, an Macedonicus, an Aegineticus obolus; neque *illud cogitant*, multo esse melius, si qui pro vectura solvere non possint, sic enim portitore non admittente rejecti in vitam rursus redeant.

Μετὰ ταῦτα δὲ, λύσαντες αὐτὺς, ὡς ὐκ ἱκανῆς τ῾ κάτω λίμνης λυτρὸν εἶναι τοῖς

11. Postea vero cum abluerunt illos, (quasi non sufficiat pro lavacro infernus iste la-

a Αὐ῾τ῾ῷ] Receptum ex G. L. & marg. *A*1. Αὐτὸς Edd. omnes.

3. Φέροντες ὀβολὸν] Nec habet quem porrigat ore, quadrantem. *Juvenal. G.*

89. Αὐ῾τ῾ῷ] Praetet G. etiam L. *M. du S.*

91. Τῦ μέσου βίου] *Mediocris.* F.G. Id est, quum *Benedictus* dedisset *mediae vitae*, *Gujetus* correxit *mediocris*; quod ipsum tamen in *Paris.* Ed. jam erat. Ego vero *Benedicto* adstipulor; mens enim Luciani est, homines mediae cuidam inter bonos malosque vitae rationi addictos, statu etiam quodam inter felicitatem & cruciatus medio frui. Nam primo de bonorum ac justorum beatitudine: dein de malorum poenis dixit: jam de iis qui quasi *neutris* accenseri possint, loquitur. *J. F. R.*

95. Ἔσοις] Ea de re jam supra ad Ἔσωσι. c. 22. & mox hic c. 19. Vide & *Philostratum* p. 32. *M. du S.*

Ibid. Καθαγιζομένοις] Conf. Ἔσωσι. c. 22. No. 69. *M. du S.* Adde mox c. 19. Et Cl. *Wessel.* ad *Diod. Sic.* IV. p. 269. No. 12. *J. F. R.*

3. Ὀβολὸν] Alludunt ad hunc morem cum Noster alibi, tum alii multi. *Juv.* III.

nec habet quem porrigat ore trientem.

Hic nummus *Δυώνιος* dicebatur. *M. du S.*

6. Νομίζε῾τ῾αι] I. e. sit in usu, consuetudine. *F. G.*

Ibid. Εἰ διαχωρεῖ] Vertendum esse: *utrum admittatur*, monuit *Piger.* de Idiot. p. 170. Et *F. Guj. S'il passe, s'il court.* *J. F. R.*

7. Διαχωρεῖ] Eandem hic notionem habet hoc verbum, quam cognato προχωρεῖν copiose vindicat *Salmas.* ad Soli. p. 769, b. B. quaeque convenit cum eo quem vulgo *cursum* vocamus: Germani etiam suum gehen / ire, ita adhibent. *J. M. G.*

10. Πορθμεῖα] Πορθμεῖα. *F. G.* Ego nihil muto. Nam sic solet apud Nostrum πορθμεῖον pro *naulo* scribi. Vid. *Dial. Mort.* IV. §. 1. f. παρὰ λογιζόμενον τὰ πορθμεῖα. Et *Dial.* XXII. pr. Ἀπόδ῾ῳ — τὰ πορθμεῖα etiam de it *Hemst.* licet ibi O. & *Fl.* πορθμεῖα. Item *Catapl.* §. 18. τὸ πορθμεῖον πολυώβολον, & alibi. Conf. omnino quae Cl.

lacus his, qui ibi sunt) & unguento optimo unxerunt proclive jam ad foetorem corpus, & floribus illud tempestivis coronarunt, splendide vestitum proponunt, ne videlicet in via frigeant, vel nudi conspiciantur a Cerbero.

12. Inter haec ploratus, & fletus mulierum, & lacrimae ab omnibus, & planctus pectorum, & laceratae comae, & genae cruentatae: alicubi vestis etiam laceratur, & pulvis inspergitur capiti, & miseriores vivi mortuo. Nam illi quidem humi saepe volvuntur, & capita allidunt solo: at iste decorus & pulcher, & ultra quam fas est coronatus, sublimis jacet & elatus, ornatus quasi ad pompam.

13. Tum mater, &, per Jovem, pater, de medio cognatorum agmine progressus, eumque complexus (propositum enim fingamus juvenem, & pulchrum aliquem, ut magis in eo actus quasi fabulae vigeat) voces quasdam absurdas ac vanas edit, ad quas ipse mortuus, vocis usu impetrato, respondeat. Dicet enim pater lugubri voce

ἐκεῖ, καὶ μύρῳ τῷ καλλίστῳ χρίσαντες τὸ σῶμα πρὸς δυσωδίαν ἤδη [b] βιαζόμενον, καὶ στεφανώσαντες τοῖς ὡραίοις ἄνθεσι, προτίθενται, λαμπρῶς ἀμφιέσαντες, ἵνα μὴ ῥιγῷεν δηλονότι πρὸς τὴν ὁδὸν, μηδὲ γυμνοὶ βλέποιντο τῷ Κερβέρῳ.

Οἰμωγαὶ δὲ ἐπὶ τούτοις, καὶ κωκυτὸς γυναικῶν, καὶ πάντων δάκρυα, καὶ στέρνα τυπτόμενα, καὶ σπαραττομένη κόμη, καὶ φονιωτόμεναι παρειαί. καί που καὶ ἐσθῆτος καταῤῥήγνυται, καὶ κόνις ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πάσσεται, καὶ οἱ ζῶντες οἰκτρότεροι τῶν νεκρῶν. οἱ μὲν γὰρ χαμαὶ [c] καλινδοῦνται πολλάκις, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀράττουσι πρὸς τὸ ἔδαφος. ὁ δὲ εὐῳχήμων καὶ καλὸς, καὶ καθ' ὑπερβολὴν ἐστεφανωμένος, ὑψηλὸς πρόκειται, καὶ μετέωρος, ὥστε ἐς πομπὴν κεκοσμημένος.

Εἶθ' ἡ μήτηρ, καὶ, νὴ Δί', ὁ πατὴρ, ἐκ μέσων τῶν συγγενῶν προελθὼν, καὶ περιχυθεὶς αὐτῷ (προκείσθω γάρ τις νέος, καὶ καλὸς, ἵνα καὶ ἀκμαιότερον ἐπ' αὐτῷ τὸ δρᾶμα ᾖ) φωνάς ἀλλοκότους, καὶ ματαίας ἀφίησι, πρὸς ἃς ὁ νεκρὸς αὐτὸς ἀποκρινάσθω, εἰ λάβοι φωνήν. [d] Φησὶ γὰρ ὁ πατὴρ, γοερῷ

[b] Βιαζόμενον] Sic *Fl. J. Fr. P.* &c. [c] Καλινδοῦνται] Sic *Fl. J. Ald. S.* Κυλινδοῦνται *Bt. P. Fr. H.* [d] Φησὶ] Φησὶ *Fl.*

Cl. *Hemsterh.* de differentia inter πορθμεῖον & πορθμεῖος dedit in Ed. Lucian. minore, p. 18. quae cum vel omiserit in Ed. majore vel ad alium locum retulerit, per compendium saltem indicabo. Πορθμεῖον, ait, apud Nostrum numquam non pro ipsa scapha vectoria poni solet. Dein dissensum Grammaticorum *Hesychii*, *Eustathii*, *Suidae*, & *Etymologici* circa haec vocabula tradit. *J. F. R.*

13. Λούσαντες αὐτοὺς] Lavabant Ethnici olim sepulturae danda corpora. *Eurip.* in Hecuba. ὡς παῖδα λυτροῖς τοῖς πανυστάτοις λούσω. *G. C.*

16. Βιαζόμενον] Mallem βιαζομένῳ, ut ad δυσωδίαν referatur. *M. du S.*

Βιαζόμενον] *Juntinae* margini adscripserat *Solan.* noster. Forsan βιαζομένῳ. Sed cum pertineat ad σῶμα, nihil muto, nisi quod comma post σῶμα sustulerim. *J. F. R.*

25. Καὶ κόνις ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πάσσεται] *Diod. Sic.* l. c. 91. pr. ὅταν γάρ τις ἀποθάνῃ παρ' αὐτοῖς (τοῖς Αἰγυπτίοις) οἱ μὲν συγγενεῖς & φίλοι πάντες καταπασάμενοι πηλὸν τὰς κεφαλὰς, περιέρχονται τὴν πόλιν θρηνοῦντες. Ubi Cl. *P. Wesseling.* etiam hoc Luciani testimonio utitur, aliaque passim hoc *Diod.* Libro ad illustrandas hujus generis antiquitates adfert. *J. F. R.*

27. Καλινδοῦν] Hoc praetuli, quia est in Edd. potioribus, & quia sic quoque c. 2. *Gymnas.* Alioqui utrumque probum esse, satis notum arbitror. *Epist. Sent.* 24. ἐπὶ πλατείας κλίνης καλινδούμενον νοσῶν. *Aelian.* XIV. 15. γράψαι ἵππον καλινδούμενον, ubi Cl. *Perizon.* id aliis duobus Luciani testimoniis probat. Sed κυλινδουμένοις λίθοις *Herodian.* I. 12. 18. Et κυλίνδεται *Aristoph.* Vesp. 490. atque alibi. *J. F. R.*

39. Εἰ λάβοι φωνήν] Suspensa oratio usque in pag. sequentem, ubi ait: εἶτα δ' ὁ πρὸς αὐτὸν ὁ παῖς. *Th. M.*

Ibid. Φησὶ] Φησὶν Interpres legisse videtur. *F. G.*

Φησὶ] Non recepi Florentinae lectionem, quia brevi post, pr. §. 14. iterum φησὶ etiam consentien-

te

γοερόν τι φθεγγόμενον, καὶ παρατείνων ἕκαστον τῶν ὀνομάτων, Τέκνον ἥδιστον, οἴχῃ μοι, ἢ τέθνηκας, ἢ πρὸ ὥρας ἀνηρπάσθης, μόνον ἐμὲ [a] ἔτι τὸ ἄθλιον καταλιπών, ἢ γαμήσας, ἢ παιδοποιησάμενον, ἢ στρατευσάμενον, ἢ γεωργήσας, οὐκ εἰς γῆρας ἐλθών, ἢ κωμάσῃ πάλιν, ἢδ' ἐραθήσῃ, τέκνον, ἢδ' ἐν συμποσίῳ μὴ τὴν ἡλικιωτῶν μεθυσθήσῃ.

Ταῦτα δὲ ἢ τὰ τοιαῦτα φήσει, οἰόμενον τὸν υἱὸν δεῖσθαι ἔτι τούτων, ἢ ἐπιθυμεῖν ἢ μὴ τὸν τελευτλὼ, ἢ δύνασθαι δὲ μετέχειν αὐτῶν. καίτοι τί ταῦτα φημί; πόσοι γὰρ ἢ ἵππους, ἢ παλλακίδας, οἱ δὲ ἢ οἰνοχόους [b] ὀπισατέσφαξαν, ἢ ἐσθῆτα, ἢ τὸν ἄλλον κόσμον συγκατέφλεξαν, ἢ συγκατώρυξαν, ὡς χρησομένοις ἐκεῖ, ἢ ἀπολαύσουσιν αὐτῶν κάτω;

Ὁ δὲ ὢν πρεσβύτης ὁ πενθῶν [c] ὑτωσὶ πάντα ταῦτα ὁπόσα εἴρηκε, ἢ ἔτι τούτων πλείονα, ὥστε τῷ παιδὸς [d] εἵνεκα τραγῳδεῖν ἔοικεν· οἶδε γὰρ οὐκ ἀκουσόμενον, ἢδ', ἂν μεῖζον ἐμβοήσῃ τοῦ Στέντορος· ὥστε μὴν αὐτῷ. Φρονεῖν γὰρ ὥτω, ἢ [e] γινώσκειν ἱκανὸν ἦν ἢ ἄνευ τῆς βοῆς. ἐδεῖτο γὰρ ἦν πρὸς ἑαυτὸν δεῖται βοᾶν. λοιπὸν ὧν ἔστιν αὐτὸν τῶν παρόντων ἕνεκα ταῦτα ληρεῖν, ἢθ' ὅ, τι

oproductis ſingulis nominibus; *Fili dulciſſime, ſic ne abis mihi, & mortuus es, & ante maturam aetatem abreptus es, ſolo me relicto infelici, non uxore ducta, non ſuſceptis liberis, non attigiſti militiam, agrum non coluiſti, non perveniſti ad ſenectutem! Non comiſſabis iterum, non amabis, fili, non inebriaberis in convivio cum aequalibus!*

14. Haec autem atque his ſimilia dicet, putans, filium ſuum adhuc indigere talibus, & appetere ea etiam poſt mortem, participem autem eorum non poſſe fieri. Quamquam, quid iſta dico? Quot enim etiam equos, & pellices, alii vero etiam pocillatores jugularunt in funere, veſtemque & alium mundum una combuſſerunt, defoderuntve, quaſi uſuris ibi & fruituris apud inferos?

15. Senex igitur iſte lugens, quaecumque dixit, & his etiam plura, neque filii cauſſa tragica voce proclamaſſe videtur; novit enim non auditurum, etſi plusquam Stentorea voce inclamet; neque ſua ipſius, cum ſic ſentire & arbitrari etiam ſine clamore ſufficiat: nemo quippe, ut ad ſe ipſe clamet, opus habet. Relinquitur ergo, illum praeſentium cauſſa ſic delirare, qui neque quid filio

a Ἔτι] Nihil variat *Fl.* b Ἐπισατέσφαξαν] Ἢ συγκατώρυξαν male inſerit *Fl.* c Οὕτωσὶ] Et ſic *Fl.* d Εἵνεκα] Scripſi ex *Fl. Ald. J. B1. S.* Ἕνεκα *Fr. H. P.* e Γινώσκειν] Ita *Fl. B1. Fr. Ald. Va. P. H.* Γιγνώσκειν *S. A.* Γνώσκειν *J.*

te illic eadem Florentina. *J.F.R.*

41. Οἴχῃ μοι] Verbum iſtud in recenti luctu uſurpatum illuſtrat, neque hoc praetermiſſo exemplo, *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 172. *J.M.G.*

60. Εἵνεκα] Quum nihil varietatis notatum eſſet; in *P.* tamen uſitatiorem orthographiam ἵνεκα invenirem, in *J.* ἴνεκα, reliquas pervolvi, ac principes Edd. in hoc conſpirare vidi; cumque & alias ita ſcriptum apud Noſtrum invenerim, id ſervare non dubitavi. *J.F.R.*

62. Ἐμβοήσῃ] Obiter vindicavimus hoc verbum Luciano ſupra in *Amor.* c. 13. ubi *Solan.* ἀναβοᾶν reſcribi volebat. Addo jam *Thucyd.* IV. c. 112. ἐμβοήσαντας δὲ ἀθρόοι. & *Dion. Hal.* XI. p. m. 718. f. *J.F.R.*

63. Αὐτοῦ] Sic Libri omnes. Ego emendandum cenſeo, legendumque ἑαυτοῦ. *M. du S.*

66. Οὔθ' ὅ, τι πάσχοιεν] Male iterum in vulgatis legitur ὅτι. Neque ſcientem, quid filio ſuo evenerit. *J.J.*

74. Ματαιάζουσα] Aliter legiſſe videtur *Suidas*, nempe ματαιάζουσα. Sed aut genuina eſt lectio, quam ſequimur, aut ſi quid mutandum, ματαιᾷ— legendum fuit. *M. du S.*

Ματαιάζουσα] Verba *Suidae* ad quae in var. Lect. hic reſpicitur, ſunt: ἐμαίνης εἴρηται παρὰ τὴν Λυσιστρᾷ ματαιάζω. At unicum tantum hoc Luciani teſtimonium ad probandum τὸ ματαιάζω adtulit *Steph.* nec ego alibi obſervavi; quare neſcio num *Suidae* ſit adſentiendum. Quia tamen lectio eſt conſtans, nihil muto. *J.F.R.*

76. Παῦσαι τιλλόμενον τὴν κόμην] *Th. Mag.* v. τίλλω haec eodem modo habet. *M. du S.*

80. Ἢ

filio acciderit sciat, neque quorsum abierit; quin, qui neque vitam illius, qualis fuerit, explorarit; alioquin enim ipsius inde transitum non tanquam malum quiddam graviter ferret.

16. Dicat ergo illi filius, exorato Aeaco & Dite, ut paullum prospicere de illo *inferorum* ostio sibi liceat, & a vanis querelis patrem revocare, *Quid clamas homo infelix? quid molestias mihi faces sis? Desine comas vellere, & faciei cutem crucntare. Quid maledicis mihi, & miserum me vocas, & fato malo usum, qui multum te melior factus sim ac beatior? Aut quid mali pati tibi videor? illudne quod non talis, qualis tu es, senex factus sum, calvo capite, facie rugosa, incurvus, imbecillis genibus, atque in universum a tempore ipso veternosus, post menses multos atque Olympiadas impletas denique sic delirans sub tot testibus? Stolide, quid boni tibi videtur in vita, cujus non amplius futurus sim particeps? Potationes dices nimirum & coenas, & vestes, & res Venereas; ac metuis, ne hisce carens miser sim? Non cogitas autem, non sitire multo esse, quam bibere,* πρόσθεν αὐτῷ ὁ παῖς εἰδότα, ἔθ' ὅποι κεχώρηκε, μᾶλλον δὲ ὅτε τ βίον [f] αὐτοῦ ἐξετάσαιμι ὁποῖός ὅστις· ἐ γὰρ ἂν τ ἐξ αὐτοῦ μετάστασιν ὅς τι τ δεινῶν ἐδυσχέραινεν.

Εἶποι δ' ἂν ὃν πρὸς αὐτὸν ὁ παῖς, παραιτησάμενος τ Αἰακὸν καὶ τ Ἀϊδωνέα πρὸς ὀλίγον τῆς ὁμίλιας ἀφυχύσαι, καὶ τ πατέρα παῦσαι [g] μαλακίζοντα, Ὦ κακόδαιμον ἄνθρωπε, τί κέκραγας; τί δέ μοι παρέχεις πράγματα; παῦσαι τιλλόμενος τ κόμην, καὶ τὸ πρόσωπον ἐξ ἐπιπολῆς ἀμύσσων· τί μοι λοιδορῇ, καὶ ἄθλιον ἀποκαλεῖς καὶ δύσμορον, πολύ σε βελτίω καὶ μακαριώτερον γεγενημένον; [h] ἢ τί σοι δεινὸν πάσχειν δοκῶ; [i] ἢ διότι μὴ τοιοῦτοι γέρων ἐγενόμην οἷος εἶ σύ, φαλακρὸς μὲ τ κεφαλήν, τ δὲ ὄψιν ἐρρυτιδωμένος, κυφός, καὶ τὰ γόνατα νωθής, καὶ ὅλως ἀπὸ τῆς χρόνου σαθρός, πολλὰς τριακάδας, καὶ Ὀλυμπιάδας ἀναπλήσας, καὶ τὰ τελευταῖα δὴ ταῦτα, ὦ πεπαίων ὑπὸ τοσούτων μαρτύρων; ὦ μάταιε, τί σοι χρησὸν εἶναι δοκεῖ [k] ὦ τ βίου, ἃ μηκέτι μεθέξομεν; [l] ἢ ὁτιὴ πότους ἐρεῖς δηλονότι, καὶ τὰ δεῖπνα, καὶ ἐσθῆτα, καὶ Ἀφροδίσια; καὶ δέδιας μὴ τούτων ἐνδὴς γενόμενος, ἀπόλωμαι; οὐκ ἐννοεῖς δὲ ὅτι τὸ μὴ διψῆν, πολὺ κάλλιον τοῦ

[f] Αὐτοῦ] Αὐτὸν vel αὐτῶν L. Vulgatum tenet *Fl.* [g] Ματαιάζοντα] Consentiunt *Fl. J. Fr. P.* &c. Ματαιάζοντα *Suid.* [h] Ἢ] *J.* & *V2.* ἤ. Ceterae ἤ. [i] Ἢ διότι] Ἢ διότι *Fl. Fr. P. H.* &c. Ἢ δ' ὅτι *J.* ἢ διότι *V2.* Ἢ τί σοι marg. *A1.* [k] Παρὰ] Recepi ex *Fl.* nam περὶ Edd. cett. [l] Ἢ] Ita interrogantis more dedi ex marg. *A1.* pro vulgato ἤ.

80. Ἢ τί] Sequor *Venetas* ἤ τί *numquid*, pro ἤ *aut*, scribens. *J. F. R.*

81. Ἢ διότι] *Fl.* Ed. cum plerisque aliis ἤ δ. *Ven.* 2. & hic & supra ἤ, quod magis probo. Sed hic *J.* quae prius ἤ etiam habebat, τὴ δ' ὅτι habet, quod sequi nolui contra fidem reliquorum Codd. *M. du S.*

85. Τριακάδας] Sic Ῥητ. c. 9. ἢ κατὰ τριακάδας, ἀλλὰ κατὰ Ὀλυμπιάδας ὅλας ἀριθμῶν. *M. du S.*

89. Παρὰ] Sic recte *Fl.* Ed. Reliquae περὶ. Qua de re jam supra dictum est. *M. du S.*

Παρὰ τ βίου] Has praepositiones saepissime omnium ab Scribis confundi quis nescit? Conf. *Asin.* c. 22. Et quae Cl. *Hemst.* habet ad *Halc.* c. 2. Quare minus forsan recte περὶ τ βίου reliquimus in *Piscat.* c. 25. quum & ibi παρὰ tres Codd. exhiberent. Adde *Catapl.* c. 9. ubi παρὰ τ βίον ex plerisque dedimus, dum nonnullae κατὰ ibi haberent, quod tamen aeque bonum; nam & sic κατὰ τ βίον sine varietate ibid. c. ult. *J. F. R.*

90. Τοὺς πότους] Nihil variari in hac scriptura notabat *Solan.* Sed nec varietatem desiderem. Vid. ad *Gall.* c. 12. No. 43. Et *Icar.* 7. f. *J. F. R.*

93. Διψῆν — πεινῆν] Διψᾶν & πεινᾶν Attica forma postulare videretur; verum διψῆν, πεινῆν etiam his potius usitatum, bene monent Grammatici. Vid. *Aristoph.* Nub. 440. Παρέχω τύπτειν, πεινῆν, διψῆν. *Phrym.* p. m. 18. Πεινῆν, διψῆν, λέγε, ἀλλὰ μὴ ᾷ τᾶ ε. Scripsissem διψῆν sine puncto subscripto; sed quia pleri-

τῦ πιεῖν, ϗ τὸ μὴ πιεῖν, τῦ φαγεῖν, ϗ τὸ μὴ ῥιγῦν, τῦ ἀμπεχόνης εὐπορεῖν.

Φέρε τοίνυν ἐπειδὴ ἔοικας ἀγνοεῖν, [a] διδάξομαί σε θρηνεῖν ἀληθέστερον, ϗ δὴ ἀναλαβὼν ἐξ ὑπαρχῆς βόα, Τέκνον ἄθλιον, οὐκέτι διψήσεις, οὐκέτι πεινήσεις, οὐδὲ ῥιγώσεις. οἴμοι μοι, κακόδαιμον, ἐκφυγὼν τὰς νόσους, ϗ πυρετὸν ἔτι δεδιὼς, ϗ πολέμιον, ϗ τύραννον· οὐκ ἔρως σε ἀνιάσει, οὐδὲ συνουσία [b] παρατρέψει, οὐδὲ σπαθήσεις δὶς τοῦτο δὶς ἢ τρὶς τ' ἡμέρας, ὦ τ' συμφορᾶς. οὐδὲ [c] καλαφρονηθήσῃ, γέρων γενόμενος, οὐδ' ὀχληρὸς ἔσῃ τοῖς νέοις βλεπόμενος.

Ἂν ταῦτα λέγῃς, ὦ πάτερ, οὐκ οἶει πολὺ ἀληθέστερα, ϗ γελοιότερα ἐκείνων ἐρεῖν; ἀλλὰ [d] ὅρα μὴ τόδε σε ἀνιᾷ, ϗ ἀφανῆ τ' παρ' ἡμῖν ζόφον ϗ τὸ πολὺ σκότος, κἄτα δέδιας μή σοι ἀποπνιγῶ καλακλειοθεὶς [e] ἐν τῷ μνήματι; χρὴ δὲ πρὸς ταῦτα λογίζεσθαι ὅτι τῶν ὀφθαλμῶν ἀφασαπέντων, ἢ ϗ, νὴ Δία, καέντων μετ' ὀλίγον, εἴγε καῦσαί με διεγνώκατε, οὔτε σκότος, οὔτε φῶς ὁρᾶν [f] δυνησόμεθα. ϗ ταῦτα μὲν ἴσως μέτρια.

melius; & non esurire, quam edere; & non rigere, quam copiam habere vestium?

17. Age vero, quandoquidem ignorare videris, docebo te lamentari verius. Itaque repetito initio clama, Fili miser, non amplius sities, non esuries amplius, non algebis. Abiisti mihi, infelix, effugisti morbos, febrim non amplius metuis, non hostem, non tyrannum. Non amor tibi facesset negotium, non coitus te atteret, neque insuper infercies tesbis aut ter in die: o miseriam! Neque senex factus contemneris, neque molestus eris ipso conspectu juvenibus.

18. Haec si dicas, pater, nonne putas te multo veriora istis & magis ridicula dicturum? Verum vide an non illud te cruciet, & cogites tenebras, quae apud nos sunt, & multam caliginem; deinde illud metuas, ne tibi suffocer in sepulcro conclusus? Oportet autem adcogitare illud, putrefactis oculis, aut etiam, per Jovem, combustis paullo post, si quidem cremare me decreviſtis, neque tenebras neque lucem videre poterimus. Ac ista forte quidem tolerabilia.

19. Quid

a Διδάξομαι] Servavi scripturam Edd. S. P. licet δ᾽δάξωμαι sit in F. Fl. Ald. Bl. H. Fr. b Παρατρέψει] Sic Edd. Διατρέψει G. Διατρίψει L. Utrumque tam Διατρ. quam Διαφ. adscriptum marg. Al. c Καλαφρονηθήσῃ] Bene ita P. H. S. Bl. & 2. Καλαφρονηθείσῃ F. Fl. Ald. Fr. d Ὅρα] Ἄρα esse in quodam addit Solan. & ὁ in Pell. non vero satis distincte. e Ἐν τῷ μνήματι] Ἐν ἐκμνήματι Fr. Vulgatum est in cett. f Δυνησόμεθα] Restitui ex L. Δυησόμεθα Edd. hac priores.

que sic malunt, servavi, & hic & Paraſit. c. 38. F. F. R.

3. Οὐδὲ συνουσία παρατρέψει] Non pervertet concubitus, sed rectius antiquus liber οὐδὲ συνουσία διαστρέψει. non te depravabit, corrumpet concubitus, non tuam valetudinem labefactabit. παρατρέπειν est avertere, abducere. διαστρέφειν distorquere, corrumpere. F. G. G.

4. Παρατρέψει] An παρατρίψει; Marc. Antoninus de vita sua: ἡ συνουσία ἐγὶ σαρκίῳ παρατριψάμιον. Παρατρίψει σε, i. e. atteret te, consumet, conficiet. F. G.

Παρατρέψει, οὐδὲ σπαθήσεις] Interpretati sunt, non pervertet coitus, neque hujus causſa bis terve per diem rem tuam dissipabis. Ego, nec quid sibi παρατρέψει, pervertet, hic velit, recte intelligebam; neque quomodo aliquis bis terve per diem rem suam dissipare possit. Putabam autem legendum esse παρατρίψει, quod verbum convenire huic loco, non est opus ut ostendatur. Alterum autem σπαθάω intelligebam de epulis, quas bis, aut ter adeo, solitas apud Graecos etiam instaurari in singulos dies, vel nomina ἀρίστου, δείπνου, ac ὄψου satis indicant, de quibus vid. Poll. 6, 101. seq. Porro ipsa propria verbi σπαθάω notio non tam ad dissipationem & dilapidationem bonorum pertinet, ad quam viri docti fere referunt, quam ad aliquid densandum, inferciendum, cum significet proprie spathae textoriae ope subtemen intra staminis tramas insertum densare & coire cogere. Puto igitur σπαθᾶν vel σπαθᾶσθαι dici eos, qui cupide ac copiose cibum potumque ingerunt; tum, ventri avaro omnia donant, & in illud barathrum tota detrudunt patrimonia. Haec commode transtuleris ad loca auctorum, quae jam collegit Ezech. Spanhem. ad Aristoph. Νεφ. 55. Cogitabam etiam δ᾽ δυσπαθήσεις, aegritudine non affi-

19. *Quid vero me fletus ille veſter juvat, & ille ad tibiam planctus pectorum, & mulierum illa immoderata lamentatia? Quid vero coronatum in ſepulcro ſaxum? Aut quid apud vos valet infundere illi merum? an putatis deſtillaturum illud ad nos, penetraturumque eſſe ipſos ad inferos? Quod enim ad inferiarum ſacrificia, & ipſi, puto, videtis, cum, quae facillime fugiunt, fumus auferat, ea ad ſuperiora in caelum abire, neque quidquam nobis prodeſſe inferis: quod autem relinquitur, pulverem inutilem, niſi forte cineribus veſci nos creditis. Non adeo ſterile nobis atque infrugiferum Ditis imperium eſt, neque aſphodelus nobis deficit, a vobis cibos ut arceſſamus. Itaque, ſic me Tiſiphone, olim propter ea quae faciebatis dicebatisque clarum cachinnari ſubiit: at impediit linteum ac lanae, quibus mihi devinxiſtis maxillas.*

20. *Haec orantem atris penitus mors abdidit alis.*

Τί δέ με ὁ κακυτὸς ὑμῶν ὀνίνησι, καὶ ἡ πρὸς τὴν αὐλὸν αὕτη φερσέπεια, καὶ ἡ τῶν γυναικῶν ἐκεῖ τὸ θρῆνον ἀμέλητα; τί δὲ ὁ ὑπὲρ τοῦ τάφου λίθος ἐστεφανωμένος; ἢ τί ὑμῖν δύναται τὸ ἄκρατον ἐπιχεῖν; ἢ νομίζετε καταφέρειν αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς, καὶ μέχρι τοῦ Ἅιδου διήξειν; τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν καθαγισμῶν καὶ αὐτοὶ ὁρᾶτε, οἶμαι, ὡς τὸ μὲν κουφότατον τῶν παρεσκευασμένων ὁ καπνὸς φέρων εἰς τὸν ἀέρα οἴχεται, μηδέν τι ἡμᾶς ὀνήσας τοὺς κάτω· τὸ δὲ καταλειπόμενον, ἡ κόνις, ἄχρειον, ἐκτὸς εἰ μὴ τὸν σποδὸν ἡμᾶς σιτεῖσθαι παπταίνομεν. οὐκ ἔστιν ἄπορος, οὐδὲ ἄκαρπος ἡ τοῦ Πλούτωνος ἀρχή, οὐδ' ἐπιλέλοιπεν ἡμᾶς ὁ ἀσφόδελος, ἵνα παρ' ὑμῶν τὰ σιτία μεταπεμπώμεθα. ὥστε μοι, μὴ τὴν Τισιφόνην, πάλαι δὴ ἐφ', οἷς ἐποιεῖτε καὶ ἐλέγετε, παμμέγεθες ἐπῆλθε καχαγχάσαι· διεκώλυσε δὲ ἡ ὀθόνη, καὶ τὰ ἔρια, οἷς μου τὰς σιαγόνας ἀπεσφίγξατε.

Ὡς ἄρα μιν εἰπόντα, τέλος θανάτοιο κάλυψε.

πρὸς

g Ἐστεφανωμένος] Sic *Fl. H. P. Bi.* Στεφανωμένος *J.* h Ὑμῶν] Sic bene *Fl. Fr. P.* &c. Ἡμῶν *J.*

20. Αὐλὸν] Αὐλητὰς δὲ συνεκάλουν ἐπὶ τὰ πάθη τῶν ἀποιχομένων, * ὡς δῆλον ἐκ τοῦ θείου Εὐαγγελίου. *V.*

* Ὡς δῆλον] Posteriora haec verba desunt in C.

afficieris. Sed non eſt opus aliquid mutare. Ἐπὶ τούτῳ verti eodem ſenſu atque *ἐπὶ τούτοις insuper*: non quo vehementer probem; ſed quod nihil novi rectius. *J. M. G.*

Παμπετρέψαι] Διαπετρέψαι facilius concoquo quam παμπετρέψαι. Placet tamen magis conjectura *Gujeti* & *Geſneri* unius literulae mutatione ſenſum facilem praebens. *J. F. R.*

Ibid. Σπαθήσεις ἐπὶ] I. e. *insuper*, pro fuſe, bis aut ter in die *epulaberis*, vel rem prodiges in ſumptus ſuperfluos. *F. G.*

10. Καὶ λέγουσι] Ὅτι λέγουσι. *Th. M.* In καὶ conſentiunt Edd. nec quidquam varietatis notatum invenio ex Codd. *J. F. R.*

13. Καλλαλισθεὶς τὸ ἐπὶ μνήματι] Ἐν ἐπιμνήματι. *In ſuperpoſito monumento.* *Th. M.*

Καλλαλισθεὶς ἐν &c.] En quam facile regulae criticae ſine librorum auctoritate fallere poſſint. Adripuit *Marcil.* quod literarum ductus ſuadebat, & ſine mutatione, ſola vocum conjunctione locum ſanare viſus eſt: ſed illud τῷ pro ἐπὶ, quod Libri ſuppeditant, & quod forſan conjicere non auſus eſſet, verius eſſe, quilibet videt. *J. F. R.*

17. Δυσπερώμεθα] Ita L. recte. In Impr. διαπερώμεθα. *M. du S.*

22. Ἐστεφανωμένος] Accentus *Juntinae* ſatis oſtendit, eam praeteritum quoque exhibere voluiſſe, alioqui στεφανούμενος proparoxytonos dediſſet: de augmento omittendo hic non cogitandum, quod etiam κακοφωνίαν pareret, licet id alias omitti ſatis ſaepe monuerimus. *J. F. R.*

26. Καθαγισμῶν] Vid. ſupra dicta ad c. 9. *J. F. R.*

27. Νοσιμώταλον] Conf. ſupra Mich. c. 39. *M. du S.*

35. Μιλαγκώμεθα] Vertitur *deportemus*. Redde: *petamus.* *F. G.*

40. Ὡς ἄρα &c.] *Homer.* Il. II. 502. & 855. *M. du S.*

πρὸς Διὸς [a] δὲ, ἂν λέγῃ ταῦτα ὁ νεκρὸς ὀπισθαφεὶς, ἀνακλίνας αὐτὸν ἐπ' ἀγκῶνος, οὐκ ἂν οἰόμεθα δικαιότατα ἂν αὐτὸν εἰπεῖν; ἀλλ' ὅμως οἱ μάταιοι καὶ βοῶσι, καὶ μισθωσάμενοί τινα θρήνων σοφιστὴν, πολλὰς [b] συνειληχότα πάλαι τὰς συμφορὰς, τούτῳ συναγωνιστῇ, καὶ χορηγῷ τῶν ἀνοίας καλαχρῶν), ὅποι ἂν ἐκεῖνος ἐξάρχῃ, πρὸς τὸ μέλος ἐπαιάζουσιν.

Καὶ μέχρι μὲν θρήνων, ὁ αὐτὸς ἅπασι νόμος τῆς ἀβελτηρίας· τὸ δ' ἀπὸ τούτων, διαλόμενοι κατὰ ἔθνη τὰς ταφὰς, ὁ μὲν Ἕλλην ἔκαυσεν, ὁ δὲ Πέρσης ἤλειψεν, ὁ δὲ Ἰνδὸς [c] ὑάλῳ [d] θεικρίδι, ὁ δὲ Σκύθης καθεψίει, ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος. ἔστιν μυθοι (λέγω δὲ ἰδὼν) ξηράνας τὸν νεκρὸν, σύνδειπνον καὶ συμπότην ἐποιήσατο, πολλάκις δὲ καὶ δεομένῳ χρημάτων ἀνδρὶ Αἰγυ-

At per *ego vos* Jovem *obsecro*, si dicat talia conversus mortuus, & nixus cubito; nonne aequissima nobis videatur dicere? Sed tamen stolidi homines & vociferantur, & arcessito quodam lamentationum Sophista, qui veteres multas calamitates collegerit, hoc adjutore & praecentore quasi suae amentiae utuntur, & ubi ille incepit, suas querelas Oillius cantui subjiciunt.

21. Et quantum ad lamentationes, eadem omnibus lex ineptiarum. Quod vero supereſt, diviſi per gentes quantum ad ſepulturae rationem, Graecus illos cremat, humat Perſa, Indus vitro quodam oblinit, Scytha vero edit, *ſuccis velut* muria condit Aegyptius. Hic vero, quae vidi narro, ſiccatum cadaver convivam ſuum & compotorem ſolet facere. Saepe etiam pecuniae in-

[a] Διὸς] Omittit *Fl.* [b] Συνειληχότα] Nihil variant Edd. [c] Ὑάλῳ] Ὑέλῳ *Fl.* Σιάλῳ Edd. *Cogu.* In ὑάλῳ conſentiunt noſtri Codd. & Edd. [d] Περιχρίει] Emenda θεχεῖ, vel θεχεῖν, quod *Guj.* etiam monuit.

45. Καὶ μισθωσάμενοί τινα θρήνων σοφιστὴν, πολλὰς συνειληχότα παλαιὰς συμφορὰς] Loquitur Noſter de eo ritu, quo in funeribus ſolitus fuerit quis conduci, qui planctum excitaret, & lugubre carmen caneret; qualis erat apud Romanos praefica. At in Verbis Graecis mendum eſt certiſſimum. Quid enim eſt συνειληχότα συμφοράς? Pejus id in edit. *Amſt.* ubi συμπεληχότα. Συνειληχότα eſt ab συλλαγχάνω, ſive συλλήγω. Atqui id locum hic non habet. Emendo συνειλοχότα, quod Attice dicitur pro συνειλιχότα, ab συλλίγω, *colligo*, *corrado*. Demoſthenes in Midian, Πολλὰ μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ περὶ ὧν τοὺς ἄλλους ἠδίκηκεν ἔχω λέγειν, ὥστε εἶπον ἐν ἀρχῇ τὸν λόγον, καὶ συνείλοχα ὕβρεις αὐτοῦ, καὶ πονηρίας τοσαύτας, &c. Expone itaque Luciani verba, *Arceſſentes luctus aliquem artificem, qui multos veteres caſus quos corraſerit, narret, & in quovis funere idemtidem repetat.* *J.F.*

46. Θρήνων σοφιστὴν] Hic eſt quem *Homerus* θρήνων ἔξαρχον vocat, Il. Ω. 721. Alii aliter. *M. du S.*

47. Συνειληχότα] Immo συνειλιχότα a συλλίγω. *F.G.* Συνειληχότα] Συνειλοχότα voluit *Solanus*. Sed quum alii aeque conjici poſſe dixerint συνειληφότα, Edd. lectionem intactam ſivi, facile autem utrovis more emendandam, ſi quid opus fuerit; *Jenſii* tamen conjectura magis placet. *J.F.R.*

49. Καλαχρῶν)] Dativum ſive ablativum huic verbo proprium, contra *Graev.* probavit *Jenſius* in Lect. Luc. p. 333. Vid. & nos ad *Aſin.* c. 52. *J.F.R.*

53. Ἕλλην ἔκαυσεν] *Homer.* in funere Patrocli docet Graecos cadavera combuſſiſſe. *G.C.* Ἕλλην ἔκαυσεν] Crematio *Macrobii* tempore in uſu eſſe deſierat VII. 7. Vid. *Meurſ.* AG. XI. 1097. Magi comburi corpora non concedebant. *Jambl.* No. 154. & *Diog. Laërt.* 2. D. Non Graeci tamen id ſoli factitabant. Brachmanis etiam mos ille, ſeu Gymnoſophiſtis ſolemnis erat. Vid. Πφ. c. 25. *M. du S.*

54. Πέρσης ἤλειψεν] Perſas cera circumlitos mortuos condire ſoltos ſcribit *Cic.* quod & Aſiniis attribuitur. *Strabo* etiam ſola, inquit, ſepeliunt corpora Perſae cera oblinentes. *G.C.*

Ibid. Ὁ δὲ Ἰνδὸς ὑάλῳ θεικρίει] Lege ὑάλῳ θεικτέι, ſeu potius θεικτέι. id eſt, *vitro inſtruſtat.* Indi mortuos incruſtaſſe teſtantur *Herodotus* & *Diodorus Siculus*. Peſſime interpres: *adipe ſuillo oblinit.* *AE.M.*

Ibid. Ἰνδὸς ὑάλῳ θεικρίει] Ὑαλῷ magis Atticum eſſe quam ὑελῷ, adſentior *Phrynich.* p. 136. etſi poſterius quoque non ſemel apud probatos reperias; ideoque non damnaverim, quod *Phrynichus* facit; nam ὑελῷ *Diod. Sic.* fere ubique, vid. L. 2. c. 15. ubi vel ſexies ita ſcribitur. Bene igitur *Th. Mag.* ὑαλῷ dixere Attici, ὑελῷ communiter Graeci. Περιχρίει autem vel θεικτέι pro θεικρίει malim ex eodem *Diod.* ubi jam non de orthographia, ſed de re ipſa agitur; nam de mortuis hoc modo condendis & condiendis loquens ſaepe & conſtanter verbo θεικτῶ utitur, ut l. c. de Aethiopibus ait: ταριχεύσαντες γὰρ τὰ σώματα, καὶ θεικτώσαντες αὐτοῖς πολλὴν ὑελον. ac deinde ibid. αὐτός φησι τὸ μὲν σῶμα ταριχεύεσθαι, τὸν μύστον ὑελον μὲν θεικτῶς γυμνοῖς τοῖς σώμασι. Iterum deinde: περὶ τὴν εἰκόνα χρῶς τὴν ὕελον: nec non III. c. 9. &c. non ta-

indigenti Aegyptio ſolvit inopiam pignori oppoſitus in tempore frater paterve.

22. Aggeſti quidem tumuli, & pyramides, & cippi, & inſcriptiones parvo tempore durantes, quei non ſuperflua, & luſibus ſimilia?

23. Verum etiam ludorum certamina quidam inſtituerunt, & funebres ad monumenta orationes habuerunt, quaſi cauſſam defuncti agerent, aut teſtimonium illi perhiberent apud illos inferorum judices.

24. Poſt haec omnia ſunt parentales epulae: Adſunt cognati, & parentes conſolantur defuncti, & guſtare illos cogunt, ut qui non inviti, per Jovem, cogendos ſe praebeant, ſed jam trium dierum fame macerati ferre inediam diutius non poſſint. Et, *quo usque tandem*, ajunt, *lugemus?*

60 πτίω, ἔλυσε ἢ ἀπορίαν, ἐνέχυρον ἢ ὁ ἀδελφὸς ἢ ὁ πατὴρ γενόμενος ἐν καιρῷ.

[e] Χάμαλα μὲν γὰρ, καὶ πυραμίδες, καὶ στῆλαι, καὶ ἐπιγράμματα, [f] πρὸς ὀλίγον ἀφαρπάζοντα, πῶς δὲ φειδόμενα, καὶ παιδιαῖς

65 προσεοικότα;

Καίτοι καὶ ἀγῶνας ἔνιοι διέθεσαν, καὶ λόγους ἐπιταφίους εἶπον ἐπὶ τοῖς μνημάτων, ὥσπερ συναγορεύοντες, ἢ μαρτυροῦντες παρὰ τοῖς κάτω δικασταῖς τῷ νεκρῷ.

70 Ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸ φειδέσπνον, καὶ πάρεισιν οἱ προσήκοντες, καὶ τοὺς γονέας παραμυθοῦνται τὸν τελευτηκότα, καὶ πείθουσι γεύσασθαι, ὡς οὐκ ἀηδῶς, μὰ Δί', οὐδ' αὐτοὺς ἀναγκαζομένους, ἀλλ' ἤδη ὑπὸ

75 λιμοῦ τριῶν ἓξ ἡμερῶν ἀπηυδηκότας. καὶ μέχρι μοῦ τινος, ὦ ἑτος, ὀδυρόμεθα; ἔασον

[e] Χάμαλα] Χρύσαλλα *Fl.* male. [f] Πρὸς] Καὶ πρὸς *Fl.* male.

tamen idem quod noſtrum vitrum fuiſſe, recte ad locum priorem *Diodori*, No. 45. monet Cl. *Weſſel.* conjiciens ſal quoddam foſſile pelluciditate vitrum referente ad id adhibitum. At ſi artificialis, quod Cl. *Geſn.* exiſtimat, compoſitionis incruſtatio fuerit, vulgatum Luciani ψευχρίει aeque ſatisfaciet ac ψευχθη. Merum ſal quidem ſufficere mihi non videtur, quod ab humiditate aëris vel locorum ſubterraneorum facile liqueſcit, & fruſtra ſic cadavera forent ante exſiccata: quare minerale quoddam firmius, ut lapis ſpecularis, vel ſimile illi, unde vitreas laminas lucernarum conficiunt, requiri videtur. Etſi vitrum quale noſtrum, illo tempore dudum notum fuit, ut ſupra vidimus. Hoc autem ita circumfundi poſſe, non eſt veriſimile. *J. F. R.*

Ibid. Ἰνδῶν] Inungebant cadavera pollinctores & libitinarii quae in pyra mox cremarent. *Virg.* G. C.

55. Ὑάλῳ] Vid. *Gatak.* ad *M. Aur.* IV. 48. *Ælianus* V. H. XIII. 3. narrat in ſepulchro Beli repertam πύελον ὑαλίνην ἔνθα ἦν κείμενος ὁ νεκρὸς ἐν ἁλμῇ. Sic in vitrea theca aſſervatum Alexandri Magni cadaver conſpexit Auguſtus. Vid. Notam ad Νεκρ. Δ. XIII. *Condiunt Aegyptii mortuos, & eos domi ſervant: Perſae etiam cera circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora. Cic.* Tuſc. I. 45. & *Herod.* I. 140. *Fl.* ὑέλῳ. *M. du S.*

Ὑάλῳ ψευχρίει] *Suillum adipem* interpretationis antiquae faceſſere hinc jubeam equidem. Neque tamen *vitrum* proprium hic intelligi poſſe, manifeſtum eſt ex verbi ψευχρίει notione. *Heſychius* non tantum ὑαλὸν & ὑαλοῦν λαμπρὸν interpretatur ac ἀλφανῆς, ſed ipſum etiam ὑαλόν. Et quid ſimilius vitro, quam illa accepta a Seribus, h. e. Indis pigmenta, quas *Laccas* vocamus? & variae gammatum ſolutiones ac praeparationes ad condituram corporum idoneae? Fuerit itaque illa Indorum conditura ſimilis *Theodori Kerckringii* invento, qui integra cadavera ſuccino circumfuſo condivit, ſi vera ſunt, quae narrat *Morhof.* Polyh. 2, 2, 2, 37, 3. *J. M. G.*

56. Ταριχεύει &c.] *Sext. Empir.* III. Pyrrhon. Hypotyp. 24. p. 184. (monente Cl. *P. Weſſeling.* ad *Diod. Sic.* I. c. 92. ἡ Αἴγυπτος δὲ τὰ ἔνδοθεν ἐξελόντες, ταριχεύουσι αὐτοὺς (νεκροὺς) καὶ σὺν ἑαυτοῖς ἔχουσι. Adde not. Cl. *Hemſterh.* ad Noſtri *Necyom.* c. 15. No. 42. *J. F. R.*

57. Λέγω δὲ ἰδὼν] Aegyptiorum mortui tempore Luciani adhuc condiebantur. F. G.

Λέγω δὲ ἰδὼν] Scripta igitur haec poſt reditum ex Aegypto, (vid. Α. μωθ.) cum antea illic fuiſſe non conſtet. *M. du S.*

59. Διεμάνη χρημάτων] *Herod.* II. & *Diod.* I. §. 1. *M. du S.*

* *Ibid.* Ἀνδρὶ Αἰγυπτίῳ — ἰσίχυρον — γυόμενον] Confirmat idem *Diod. Sic.* I. c. 93. ſcribens: νόμιμον δ' ἔστι παρ' αὐτοῖς (τοῖς Αἰγυπτίοις) καὶ τὸ διδόναι τὰ σώματα τῶν τετελευτηκότων γονέων εἰς ὑποθήκην δανείου τοῖς δὲ μὴ λυσαμένοις ἐνεδρὰς τε μίγιστον ἀπολυθεῖν, καὶ μὴ τὴν τελευτὴν τύχοις ταφῆς. Ubi Cl. *P. Weſſeling.* plura in hanc rem ex *Stob.* Serm. 38. *Herodot.* 2, 136. aliisque, non omiſſo hoc Luciani teſtimonio, adfert. *J. F. R.*

66. Ἀγῶνας] Vid. Δημ. c. 33. & alibi paſſim. *M. du S.*

83, Καὶ

ἔασον ἀναπαύσασθαι τὰς τῦ μακαρίτυ δαίμονας· εἰ δὲ κὴ τὸ παράπαν ἀ κλαίειν διέγνωκας, αὐτῦ τε τύτυ ἕνεκα χρὴ μὴ ἀποσίτον εἶναι, ἵνα κὴ ἀμφικέσῃς πρὸς τῦ πένθυς τὸ μέγεθος. τότε δὴ τότε πρὸς ἁπάντων ῥαψῳδῦσι δύο τῦ Ὁμήρυ ἔπη·

Καὶ γάρ τ' ἠύκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτυ.

Γαστέρι δ' οὔπω φασὶ νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιύς.

Οἱ δὲ ἄπιον μέν, αἰσχυνόμενοι δὲ τὰ πρῶτα, κὴ δεδιότες, εἰ φανεῖεν μετὰ τελευτὴν τῶν φιλτάτων τοῖς ἀνθρωπίνοις πάθεσιν ἐμμένοντες. ταῦτα, κὴ πολὺ τύτων γελοιότερα εὕροι τις ἂν ἐπιτηρῶν ἐν τοῖς πένθεσι γιγνόμενα, ἅτε τὸ τὰς πολλὰς τὸ μέγιστον τῶν κακῶν τὸν θάνατον οἰόμενος.

amice. *Patera requiescere felicis pueri manes. Si vero omnino plorare decrevisti, illius ipsius rei causſa oportet cibo non abstinere, ut magnitudini luctus sufficias.* Tunc sane, tunc in omnium ore sunt duo Homeri versus:

Pulchricoma haud Niobe tamen est ablita ciborum

Et: *Non jam ventre licet functos lugere Pelasgis.*

Illi vero attingunt, cum pudore quidem ab initio, & veriti, si videantur post carissimorum mortem humanis tamen passionibus obnoxii. Haec, & multo his magis ridicula, inveniat aliquis si observet, quae in luctu fiunt propterea, quod vulgus maximum malorum putat mortem.

a Κλαίειν] Κλάειν *Fl.* sine puncto subscripto.

83. Καὶ γάρ] *Homer.* Il. Ω. 602. *M. du S.* 85. Γαστέρι δ' οὔπως] *Iliad.* T. 225. *M. du S.*

FINIS TOMI SECUNDI.

APPENDIX AD TOM. II.

DECLAMATIO

D. ERASMI ROTERODAMI,

LUCIANI TYRANNICIDÆ RESPONDENS.

ARGUMENTUM.

Ejusdem generis haec cum Tyrannicida, ejusdemque ſtatus eſt, ſed adverſaria. Ut enim illic contenditur praemium eſſe dandum tanquam tyrannicidæ, ei qui filium tyranni interfecerat: ita hic negatur eum ſatisfeciſſe legi, aut tyrannicidam eſſe, qui non ipſum tyrannum, ſed filium tyranni occidiſſet. Exordio benevolentiam captat, à perſona Judicum; deinde calumniæ adverſarii, qua in ſuſpicionem adductus fuerat, quaſi ipſe quoque tyrannidi faveret, quia illi praemium dandum negabat, reſpondet per abſolutionem primum, deinde & per inficiationem ex locis conjecturalibus, elevata interim illius perſona, atque ipſo viciſſim in ſuſpicionem, ex modo actionis vocato. Poſt exordium propoſitio ſequitur cum attentione, & admonitione Judicis, quorſum in hac cauſſa maxime ſpectare debeat, atque inde ad confutationem venitur. In qua primum refelluntur ordine capita illa, quæ alter in argumento ab imo ad ſummum tractarat, puta Voluntas, Conatus, Effectus. Ac voluntati quidem opponit voluntatem legis, ut qua non quid quisque voluerit, ſed quid effecerit, ſpectet, neque cogitationes, ſed facta praemiis compenſet. Conatum vero elevat variis ac multis ſimilibus & exemplis, oſtendens in nullo pacto, aut contractu, aut certamine, aut aliis denique id genus rebus ſatis eſſe, conari aliquid & coepiſſe, ſed praeſtari oportere. Effectum conditiones ſequi, non conatum. Et quod alter etiam conatum in legibus ſpectari dixerat, id diſtinguit, oſtendens diverſam eſſe rationem praemiorum & poenarum. In maleficiis interdum & voluntatem puniri, in beneficiis autem nunquam praemium dari, niſi ei, qui quod lex proponit, re ipſa effecerit. Poſtremo & patriæ gratis inſervire ac officium praeſtare cives debere & illum ſatis mercedis pro conatu ſuo retuliſſe, laudem & gloriam. Effectum autem refellit, quia non ſimpliciter id effecerit, quod lex jubet, ſed fortuna ſeu numine ita ferente, caedem filii, mortem patris conſecutam eſſe. Non enim quia ipſius gladio tyrannus poſtea ſeipſum confecerit, ob id ipſius hoc factum eſſe. Deinde etiam incertum fuiſſe exitum, & quidnam pater, occiſo filio facturus fuerit; & hic conſilium quoque petituris ſubvertit, primo ut incertum & periculoſum, neque certis rationibus firmatum, deinde etiam ut fictum, & poſt eventum rei, demum ſimulatum. Denique non idem eſſe occidere, id quod lex jubet, & mortis cauſſam qualemcunque praebere: idque iterum multis ſimilibus probat. Atque hoc loco diſputationem ſupra coeptam renovat, de eo quatenus voluntas in legibus ſpectatur, & in quibus per ſe ſufficiat, nempe in maleficiis & non in beneficiis, & ob id neque hic praemium illi deberi, ut qui coeperit, non abſolverit beneficium. Confutatis igitur hoc pacto voluntate, conatu & effectu, quarto loco id aggreditur, quod petitor in narratione potiſſimum amplificat, puta filium fuiſſe caput & cauſſam tyrannidis, eoque ſublato, etiam tyrannidem ſublatam fuiſſe. Ac primo quidem filium oſtendit non fuiſſe tyrannum, neque tyrannidis caput, confutatis ſignis, & caeteris rationibus: quæ alter ad eam rem probandam adduxerat. Deinde, ut maxime fuerit, legem jubere ipſum tyrannum non ut quisque tyranno ſimilis, aut nocentior etiam eſt, occidere. Et hic multis verbis de authoritate legum diſputat, & quod non temere verba legum huc aut illuc deflectenda ſint, alioqui multa pericula & incommoda ex eo ſecutura eſſe. Poſtremo etiam ipſe locum ab imo ad ſummum tractat, & ut alter voluiſſe, egiſſe, effeciſſe ſe dixerat, ita hic contra neque animum ad rem gerendam habuiſſe illum, neque recta via aggreſſum eſſe, neque denique id quod lex jubet, perfeciſſe oſtendit. Et ſub haec orationem concludit, brevi capitum repetitione, & conformatione ſeu proſopopoeia, legum, reipubl. & deorum quoque expoſtulantium eum petitore, ut inique & praeter meritum, praemium petente.

SI mihi cauſſa haec, Judices, apud concionem popularem, quæ ſtudiis potius, quam exacto rerum judicio duci conſuevit, eſſet agenda, ac non magis apud Judices ex honeſtiſſimis ordinibus delectos, nimirum graviſſimos ſapientiſſimosque, nonnihil profecto vererer, ne omnium animis nova hac & inſperata laetitia geſtientibus, atque (ut ita dixerim) exultantibus, nec ſatis attentos, nec dociles eſſem auditores habiturus. Porro faventes, benevolosque multo minus: quippe qui frontem modo, qualique perſonam hujus negotii intuentibus, non faciem ipſam propius contemplantibus videri fortaſſe poſſim, in communi totius civitatis gaudio, tum autem in cauſſa tam populari, velut importunius obſtrepere atque obturbare. Enimvero quum omnis affectus inutilis eſt ad recte judicandum, tum ingens, intemperans, atque exundans laetitia, non ſolum judicium omne funditus tollere ſolet, verum etiam noſtri ſen-

sus non raro nobis eripere: praesertim (si quemadmodum haec nostra) post graves diuturnasque calamitates, ac veluti tempestatem saevissimam repente praeterque spem (quasi portus quidam) fuerit objecta. Quid autem tam acerbum liberae multitudini, quam servitus? Quid tam dulce, quid tam exoptatum, quam libertas? Itaque non rebus modo ipsis, sed vel inanibus harum rerum vocabulis, plebis animus queat ad quidlibet impelli: maxime primis his aliquot diebus, dum gaudiorum adhuc velut aestus quidam impotens, omnia sursum ac deorsum miscet, dum laetitiae temulentia, dum gratulandi dulcis quaedam ebrietas pectus occupans, animum ad cogitandum instituere non sinit. Verum vestra Judices singularis sapientia perspicacitasque non hoc tantum scrupulo me levat, verum & hanc mihi fiduciam suppeditat, uti sperem futurum, ut hoc contradicendi munus, quod equidem nec invidentia, nec favore in Tyrannidem (licut iste calumniabatur) sed solita mea, & (ut opinor) nota Reipub. charitate susceperi, vobis non modo non invidiosum, sed favorabile, plausibileque videatur. Etenim postquam viderem manifesta quadam Deorum benevolentia, post diuturnam ac miserrimam illam servitutem, toties Reip. votis expetitam libertatem aliquando contigisse, nihil prius curandum nobis esse judicavi, quam ut gratos nos exhiberemus in eos, a quibus nobis tam egregia felicitas esset profecta, quo videlicet munus suum huic urbi proprium, perpetuumque facere vellent, & constabilire tuerique quod largiri non essent gravati, meminissemusque iisdem in manu esse, ut eriperent ingratis, quod optantibus dedissent. Sunt autem vel primae gratitudinis partes, intelligere videlicet, cui beneficium acceptum ferre debeas. Et hac una ratione mortales divinae beneficentiae gratiam referre possumus: si beneficium acceptum agnoscamus: si celebremus, si ad illos authores referamus. Neque mihi committendum putavi, ut dum nimium candidi in civem esse volumus, in Deos ingrati impiique reperiamur. Neque enim isthoc nomine nunc perinde laboratur, ne hoc praemii pereat aerario, & hujus lucris accrescat (quanquam id quoque longa jam tyrannide exhaustius est, quam ut inde temere dari praemia conveniat immerentibus.) Illud agitur, ne Dii immortales, qui hujus male consulta nobis verterunt bene, hoc tantum munus a nobis tanquam ingratis reposcant, si quod ipsis solis debetur honoris, laudis, gratiae, id illis fraudatis, in hominem contulerimus. At quem hominem obsecro? Nempe qui quum privatus contra leges juvenem occiderit, atque hac temeritate sua restitutae libertatis periculosam occasionem modo praebuerit, idque adeo imprudens (uti mox docebimus) non veretur pulcherrimum tyrannicidae titulum Diis eripere, sibi arrogare: Reipub. diem dicere, ac leges ipsas in jus vocare: civitatem ingratitudinis ream agere, nisi sibi totam hanc felicitatem ferat acceptam. Nullum quidem, judices, facinus speciosius tyrannicidio, nullum Diis dignius: verum hoc impudentior, qui sibi laudem tam eximiam usurpat immeritus. Nullum praemium honestius illustriusve, quam quod tyrannicidae debetur: Sed hoc impensius accuratiusque spectandum, ne temere decernatur indigno. Permulta si quidem, permulta ad id requiruntur, ut hoc tam egregio titulo, ut hoc tam divino praemio dignus quis esse videatur: quorum nihil in hunc competere, paulo post evincemus. Proinde eum non tolerandae improbitatis mihi videatur, qui legibus tum homicidii, tum temeritatis poenas debeat, eum a legibus praemium omnium maximum petere: petere dixi, imo flagitare: & ita flagitare, ut etiamsi unum ex hujus arbitrio dependerint, tamen multa insuper isti creditori sint debiturae. Quae cuncta quum postulare jure potuisset: maluit tamen homo verecundus, unico persoluto, reliqua sibi deberi, ut haberet nimirum, quod obnoxiae Reip., quoties libido sit, possit improperare. Tum illud utrum risu potius, an odio dignum existimem, quod in tribunalibus, quod apud ornatissimum severissimorum judicum consessum, Thrasonem quendam nobis e comoedia retulit? Sensistis, judices, ut e corona plerique risum tenere nequierint, dum personatus iste Hercules tragoediam illam suam nobis recitabat: de sese terque quaterque tyrannicida, de sapiente illo gladio commilitone suo, qui per se prudens senem interemit: digno videlicet, qui inter sydera collocetur, domino in deorum numerum relato; Dii boni, quibus phaleris, quibus fucis, quibus ampullis facinus illud nobis suum ornavit, jactavit, exaggeravit? quam militari jactantia, quam Stentorea voce, quam fastuoso vultu, quam arrogantibus superciliis, quam stupidis oculis, suum ipse vobis encomium detonabat? Quaeso, Judices, ut etiam nunc hominis vultum diligenter attendatis: nonne vobis minitari videtur? nonne dicere? ni mihi praemium decreveritis, haud feretis impune, incolumi divino illo meo, ac fortissimo gladio, qui vel sine me, meas vices, ubi lubebit, acturus est. Quis tandem istam feret jactantiam, vel in eo, qui vere tyrannum occidisset? Haec quoque me causa, Judices (neque enim inficiandum est) commovit, ut hujus obsisterem petitioni, vel magis, ut immoderatam arrogantiam, ut odiosam hujus imputationem retunderem. Videbam jam inde ab initio, quum certatim universa civitas Diis libertatis authoribus grataretur, ut hic sese ira tumens in medium ingesserit, quam indigne tulerit victimas Diis servatoribus immolatas. Sibi hunc honorem eripi, sese unicum esse restitutae libertatis authorem proclamabat, leges, aras, focos, omnia publica privataque, suae dextrae, suo magnifico gladio deberi. Agite, quid futurum denique, Judices, auguramini, si id ad hujus intolerabilem jactantiam, vestra authoritas, vestra comprobatio, si praemium quasi pignus accesserit? Quid, nisi ut tyranno submoto, alter quidam huic civitati paretur, qui ventosae linguae, gloriaeque quasi tyrannidem quandam exerceat? Qui quotidie nobis odiosam istam suam tragoediam ingerat, quotidie dextram istam Herculanam & gladium prodigiosum minitetur? Utrum est hoc, Judices, tyrannide liberari, an mutare Tyrannum? Videtis ipsi, quam minaci fronte me jam obtueatur. Quid mihi succenses? Quid minitaris oculis? Quid terres supercilio? An mihi non licebit libertate in contradicendo (tuo scilicet munere) uti, quum tu sic abutare? qui liberum

ti-

tibi putaris (id quod etiam in proſcenio leges fieri vetant) crimen tam atrox, tam capitale in civem impingere, tantum quia libuit, idque apud Judices iratos, in tam frequenti civium corona, quod nequeas vel leviſſimo confirmare argumento. Siquidem quam reliqua glorioſe, tam illud impudenter dicebas, mihi nullam fuiſſe cauſſam, quare tibi contradicendi partes ſuſciperem, niſi quo tyranni necem, quæ me diſcruciaret ſcilicet, ulciſcerer. Quo quidem tuo exemplo ſi viciſſim in te liberet uti, mox intelligeres, quam atrocia, quanto probabilius in te poſſint retorqueri. Nam tuum iſtud tam invidioſum (quemadmodum tu quidem exiſtimabas) convicium, me longe minus etiam territabat, quam (quod vulgo dicunt) ex pelvi redditum fulgur. Etenim praeterquam quod neque affinitas, neque cognatio, neque neceſſitudo, neque emolumentum, neque prorſus alia res ulla mihi cum tyranno interceſſit, cur mea referret illum vivere? Sine quibus rebus nullam in quenquam criminis haerere ſuſpicionem, tu quoque ſcires, niſi nunquam tribunalia vidiſſes, ac niſi hodie devium te lucelli ſpes feciſſet jureconſultum: equidem arbitror, meam fidem, integritatem, pietatem, totamque meam vitam ſic huic Reipub. ſpectatam eſſe, ut iſto crimine tibi potius improbitatis odium, quam mihi ſuſpicionem ullam conciliaris. Vides quam multis adductus ſim cauſſis, ut tibi obſiſterem? Denique (ſi ſcire vis) bona civium pars id a me enixiſſime flagitavit, ut ſui patrocinium adverſum te capeſſerem, negantes ſibi videri tyrannide liberos ſeſe, niſi te a tyrannicidae praemio dejicerem. Non quod pudeat homini debere hanc felicitatem: tametſi id quoque durum, ei debere qui ſic imputet. Sed debere arroganti, ſane quam moleſtum eſt: at debere, cui non debeas, iſtuc vero non graviſſimum modo, verum etiam ſtultiſſimum. Equidem ne lenoni quidem vel verbo refrager, ſi modo is promereatur: ſed obnoxium eſſe tam importuno imputatori, tum qui nihil juverit, id vero bis miſerum eſt, bis ſtultum eſt. Nullus enim inſolentius exprobrat beneficium, quam qui quod non dedit, id vult dediſſe videri. Sed finge mihi nullam eſſe cauſſam cur tibi me opponerem, niſi quia ſic animo lubitum ſit meo, profecto nihil habes quod mihi jure ſuccenſeas. Etenim quum apud Judices tam ſanctos agatur: ſi vere praemium meruiſti, non tibi honorem eripio, verum etiam vehementer illuſtro, quando non paulo magnificentius eſt tyrannicidae praemium eviciſſe, quam tuliſſe. Sin minus, aequus veniam dabis, ſi boni civis fungor officio, ſi nullo meo emolumento Remp. debiti praemii ream defendo, ſi ſtultitiae crimen, ſi imprudentiae infamiam a civitate depello, ſi non ſino, ut noſtro omnium periculo haec urbs in Deos exiſtat ingrata. Poſtremo ſi deorum immortalium cauſam ago, quibus honorem debitum tu conaris intervertere, ut vel hinc ſat liqueat, quanta religione reliquam cauſſam egeris, qui ſtatim ingrediens tam impudenter ſis calumniatus: Contradicit igitur, contra Remp. favet tyranno. Quanquam ego illud quoque liberae civitatis eſſe judico, hoc loco vel tyrannorum cauſas citra fraudem agere licere. Neque tamen a vobis poſtulo, Judices, ut vel mihi proſit in cauſſa hoc meum erga Remp. ſtudium, vel huic obſit tam inſolens arrogantia: imo non deprecor invidentiae ſuſpicionem, non refugio vel atrociſſimam illam, quam iſte mihi conabatur impingere, invidiam, ut tyranno faviſſe videar, niſi certioribus, quam ut a quoquam refelli poſſint, argumentis evinco, niſi demum & adverſario perſuadeo, modo ne tergiverſetur, ut quam maxime civiliter quis agat, nullum ei deberi praemium. Sin exactius ſeveriusque, poenam etiam ab ipſo deberi. Quae quidem dum quam poteſt breviſſime facio, quaeſo, Judices, ut me attentis animis atque auribus audiatis. Meminiſtis, Judices, ut iſte inter dicendum ſubinde nobis conatus ſit ob oculos ponere, id unum ſpectare juſſerit, quantis malis tyrannide ſimus levati. Hoc paſſim inculcabat, hac re bonam orationis partem occupabat, nihil nos aliud perpendere voluit, niſi quod gravem ſervitutem toleraſſemus, nunc optata libertate frueremur. Nimirum id tantum vos ſpectare voluit, quod ad hoc judicium nihil attinebat. Neque enim hoc in quaeſtionem venit, quam miſera ſit tyrannis, quam optanda libertas. Sed de illo cognoſcitis, Judices, quum libertas huic urbi ſit reſtituta, quanta hinc laudis portio hujus virtuti debeatur, & an id quod eventu cum hujus facto conjunctum eſt, idem cum ejus merito conjunctum videri oporteat. Relegam autem eadem veſtigia, quibus ipſe in cauſſam ingreſſus eſt, quod equidem refellendi genus ſimpliciſſimum eſſe puto, ſequarque partes illas, quibus iſte rem ſecuit, id nimirum agens, ut quemadmodum ingenioſi convivatores iisdem carnibus alio atque alio modo coquendis condiendisque efficiunt, ut multa opſoniorum genera videantur, itidem iſte nobis ex unico homicidio multa faciat tyrannicidia. Repetam igitur ordine gradus illos, quibus iſte facinus ſuum ſibi viſus eſt mirifice attollere, & in quibus ideatidem reſtitabat. Quod ſi me deturbante, vel in uno quolibet conſiſtere poterit: tum ipſe ſeſe victorem pronuntiet licebit. Quot tyrannicidia, inquit, quot praemia? Primum quod volui, deinde quod conatus ſum. Tum autem quod filium occidi plus quam tyrannum. Poſtremo, quod pater ob mortem hujus ſibi necem conſcivit. Principio quod voluit, Judices, quis non levius eſſe videat, quam ut ſit refellendum? niſi quod iſte tanta voce intonabat, toties inculcabat, quod tyrannum voluiſſet occidere, atque id (ut nihil jam accideret) tamen praemio dignum aſſeverabat. Quid autem tam ridiculum, quam nudae voluntatis praemium a lege flagitare? quae adeo nihil ad ſe pertinere putat, quid velint aut in animo ſtatuant homines, ut neque poenam irrogent, ſi quid velis modo perperam, neque praemium oſtendant, ſi quid officioſe velis: verum id unumquemque voluiſſe interpretantur, quod nulla vi coactus effecerit. Ergone, inquies, non magna facti pars eſt voluiſſe, quod quidem arduis in rebus vel ſolum ſufficere ſolet? Recte ſane. Sed apud Deos modo: quippe quibus ſolis perſpicuum eſt, quid nolis aut velis, ab his praemium expectandum, ſi quid praeclarum animo conceperis. Lex hominum vices agit: & quid in obſcuris illis ſinuoſi cordis ſpecubus mortales agitent, adeo ſua referre nihil putat: ut non

dicam abdita aut ſuſpicioſa, ſed ne ea quidem admittat, quæ populari ſunt opinione famaque jactata. Poſtremo, ut non niſi comperta recipiat, non audiat niſi quæ ſunt certiſſimis argumentis deprehenſa, probata, evicta. Cedo, quod eſt facinus tam nefarium, cujus ſimplex voluntas in crimen unquam eſt vocata? Iſta judicia Æaci, Rhadamanthique tribunalibus ſervantur. Hic mihi non quid volueris, ſed quid feceris, adferto. Quod ſi nulla lex ulli flagitio ſupplicium minatur, quod in animo ſtatueris, quæ tandem eſt impudentia, pro merito quod præſtare volueris duntaxat, perinde quaſi præſtiteris, a lege quaſi præmium poſtulare? Quæ quidem quum ad id unum ſit comparata, ut maleficia vel deterreat, vel coërceat, multoque magis ad ejus partes pertineat, nocentibus irrogare poenam, quam bene merentibus largiri præmia (id quod mox copioſius demonſtrabimus) poſteaquam in criminibus non accipit intimulationem meræ voluntatis, quaeſo te, in petendis præmiis oſtentationem voluntatis admittet? Quis autem eſt civium vel quantum libet ignavus, qui non velit tyrannum occidere, ſi tuto liceat? Quis non vel leno, ſaltem emolumenti cauſa velit? Denique quis non facile ſimulare poſſit voluiſſe ſe: videlicet quo præmium gratis auferat? Vis itaque dicam, quantum hoc totum habeat momenti, voluiſſe occidere? Nempe perinde eſt, quaſi te ſomniaris occidiſſe. Par pari penſari convenit. Qui præſtitit beneficium, ei lex beneficium rependit: atqui bene voluit tantum, ei quid debetur, niſi ut viciſſim bene velit reſp.? I nunc, & hoc in gradu nos jube conſiſtere. Rem tam eximiam, inquis, animo verſavi, ſtatui, decrevi: an præmium negabitis? Non fraudaberis præmio, ſi iſthoc nomine poſtules: verum illud interim præmii feres, velut homo nimium perfrictæ frontis, irriſus, exploſus, exſibilatus diſcedes, quem non puduerit id a lege poſtulare, quod ne leno quidem auſit a quoquam petere, ut rem pro voluntate auferat; nemo tam vecors qui concedat, ut voluntatem neſcio quam, hoc eſt, minus quam verba pretio redimat. At non volui tantum, inquis: verum & periclitatus ſum, aſcendi, ſubmovi ſatellites. Primum iſthuc tu quidem conſulte facis, quod de gradu illo deſiliiſti, in quo nimis profecto incommode ſtabas, quanquam ne in hoc quidem multo commodius conſtiteris. Nam etiam ſi paulo minus abſurdum videatur, haud ita multo minus impudens tamen eſt, quum lex palam præmium decernat ei, qui factum præſtiterit, te, quod conatus modo ſis, præmium poſcere. Ergo ne hoc quidem juris erit apud te legibus, quod per illas eſt civi privato cum cive privato? Age, quid ſi quis civium tecum iniiſſet contractum, ita ut ille pecuniam ſtipulatus, tu conditionem pactus eſſes, mirum ni ſuo uterque periculo, atque is nondum præſtita conditione, nummos his verbis abs te petat: Cedo mercedem, conatus ſum, tentavi, adniſus ſum: an non protinus impudenti homini reſpondebis: Cedo conditionem; Nam de tuo conatu quid mea refert? Quandoquidem effectum abs te pactus ſum, non conatum. Puta totidem verbis tibi nunc reſpondere legem: Agnoſco contractum, non muto pacta: debeo præmium, ſed ſi tu conditionem præſtitiſti, ſi tyrannum occidiſti. Verbis aut obſtringantur, aut abſolvuntur homines. Si conato pollicita ſum præmium, non gravabor dare: ſin ei qui facinus peregiſſet, quod tandem jus eſt referre quod eſt ſtipulatus, me non ferre quod ſum pacta? In privatis ac minutis contractibus nemo tam improbus invenitur, ut lucrum conditione promiſſum poſtulet, non præſtita conditione, nemo tam ſtultus ut det, ſi quis poſtulet: & tu a Rep. maximum omnium præmium poſtulas, quod conatus modo ſis? Nihil mihi niſi nugas adfers, donec illud unum audiam, quod te præſtare oportebat. Volui, inquis, aſcendi, perrupi cuſtodias, ſubmovi ſatellites, quantulum jam eſt illud quod ſupereſt? Quid adhuc deſideras? Nempe nihil in te deſidero præter illud, cui ſoli debebatur præmium. An non intellexiſti in iſtiusmodi contractibus duplex eſſe periculum: quorum alterum ad hunc tantum, alterum ad illum proprie pertineat: videlicet perſolvendæ mercedis, & præſtandæ conditionis? Ego meo periculo præmii dependendi onus recipio, neque tua referre putes, neque refert, quam angusta mihi res, unde corradendum quod debeam precium. Tu itidem conditionem tuo ſuſcipis periculo, neque mea quicquam intereſt, quo ſudore, quo periculo fit ea tibi præſtanda. Totam iſtam curam, totum hoc negotium tibi relinquo. Quod ſi ego jam præſtita abs te conditione commemorem tibi, in agris meis male proveniſſe ſegetes, merces naufragio periiſſe, nihil avelli a malis debitoribus, non ſine gravi diſpendio conflari poſſe pecuniam, quam tibi debeam, dic, obſecro, nonne nugas agere me dices, negans horum quicquam ad te pertinere? Hoc uno modo poſſe ſatis fieri tibi, ſi pecunia numeretur. Neque quisquam eſt judex tam iniquus, quin te tuo uti jure fateatur. Et mihi pulchre ſatisfactum exiſtimas, ſi tu mihi tragoediam adferas, quantum adieris periculi, quantum ſudorum, quantum vigiliarum exhauſeris, dum ſtudes præſtare conditionem? Res eſt (mihi crede) calumnioſior, ſcrupuloſiorque, quam ut legibus tam occupatis conveniat, alienam expendere voluntatem, alienos penſiculari conatus: quorum ſuos quisque nimio ſolet æſtimare, non ſuos difficile eſt ad amuſſim perpendere. At facti facilis eſt æſtimatio. Proinde ea in legis cognitionem cadit: hinc reliqua omnia conſuevit metiri. Tametſi non piget interdum æqui bonique rationem habere. Verum in his litibus, quæ de vetere illa formula pendent, inter bonos bene agier oportet: at in contractibus, quæ neque vi, neque dolo coierunt, quid eſt quod a præſcripto recedatur, niſi quis velit omnino a pactis diſcedere? Quid vis? Circumſpice, & ſi potes usquam invenire exemplum, non nego præmium. Saepenumero pugilum in Olympicis, ſaepe in certamine ſpectator (opinor) ſediſti. Cedo, num quando vidiſti quenquam tam impudentem, qui palmam ſibi hoc nomine vendicaret, quod ſtrenue certaſſet? Non arbitror, atque id in re pene ludicra, certe ad voluptatem comparata. Et tu in tam ſerio omniumque ſplendidiſſimo negotio id tibi poſtulas, quod in ſcenicis illis pudeat vel impudentiſſimum tentare? Age quoties & illud vidiſti evenire, ut qui ſeſe fortiſſime doctiſſimeque geſſiſſet in curſu, is a præmio longiſſi-

gissime abesset, & ignaviſſimo faveret eventus? Habeat ille sane, quod causetur, excidisse habenas, consternatum equum, fractam rotam, jactet se vel arte, vel viribus tanto praecellentiorem, quanto Thersitæ praestitit Achilles, nisi metam prior attigerit, profecto postulandi praemii jus nullum habebit, fortunam suam incusare licebit. Caeterum Agonothetæ non indignabitur: propterea quod hoc animo in certamen descenderit, ut ejus uteretur conditione, id est, ita demum praemium ferret, si virtuti fortuna favente vicisset. Alioqui si conatui, non tantum effectui praemium deberetur, tot palmis esset opus, quot in Olympicum certamen venissent. Quamquam in hujusmodi ludis, qui solemnitatis voluptatisque gratia proponuntur, fit interdum, ut victis quoque praemia statuantur, non honoris, sed solatii gratia: verum seriis in rebus, atque adeo periculosis, quaenam obsecro lex unquam mercedem statuit, nisi si quis facinus peregisset: & ita peregisset, ut omnes numeros implerit? A quo tu quantum ablis, mox audies: nam nunc de conatu tantum agimus. Lex igitur civicam promittit coronam ei, qui civem in bello servarit. Quis unquam ad hunc honorem vel aspiravit, quod se telis objecerit, quod non sine multis vulneribus discesserit? Profecto nisi cive servato, nemo civicam petit. Quis unquam his verbis muralem petiit: Acriter contendi, Judices, ut moenia superarem. Omnia feci, sed depulsus sum? Quantumlibet enisus sit, nisi conscenso muro, nemo tam inverecundus est, ut muralem coronam sibi deberi dicat. Obsidionalem nemo flagitat, nisi depulsa obsidione. Postremo nullus honos petitur, nisi ab eo qui id effecerit, ad quod honor invitat. Qui navim in tempestate desertam ad littus perduxerit, huic ex lege vendicatio est earum rerum, quæ navi vehebantur. Quorsum attinet hic tuam jactare peritiam, sudores, pericula, conatus? Nihil non feceris, quo navem in tutum reduceres, sed victus tempestate deseruisti, audebis quicquam ex his quæ sunt in navi, tibi vendicare? Aut si ausis, futurum speras, ut quisquam te vel pilum sinat attingere? Non opinor. Si quis unquam ovationem, supplicationem, triumphum obtinuit, quod ad victoriam omnibus nervis esset enisus, quod gnaviter se gesserit in bello, nisi superior discesserit, nisi praescriptum a lege numerum hostium fuderit, aude & tu tibi praemium promittere; quod tyrannicidium sis aggressus. Quod si nemini hominum memoria contigit, desine tibi nova spe blandiri, desine inaudito exemplo postulare, quod sperare sit improbissimum, dare postulanti stultissimum. Noli nobis commemorare, quanto capitis periculo murum arcis conscenderis, qua virtute satellitium tyrannicum perruperis, alios depuleris, alios occideris: quorum maximam partem tibi liberum est fingere. Ad obtinendum tyrannicidæ praemium, duobus duntaxat verbis est opus, tyrannum occidi. Quantumvis conatum exaggeres, alleves, attollas, non nisi tyrannicidæ debetur praemium. Alioqui quid dices, si eodem illo die, quo tu arcem conscendisti, permulti pariter aggressi, sua quisque virtute freti: quorum nemo tamen tyrannum interemisset: utrum omnes tyrannicidæ praemio potientur ex æquo, nempe quia conati? Age quid si multis strenue rem aggressis, uni cuipiam, qui sit omnium ignaviſſimus (ut non semper virtuti respondet fortuna) eum contingat interficere, an non praeteritis reliquis hic unus honorem auferet? Quamobrem tandem? Non quia plus adierit periculi, sed quoniam id confecit, cui lex honorem decrevit. Hic tu fortasse rursus incipies deplorare, frustra sumptam operam, negabis æquum esse virtutis egregios conatus merito fraudari praemio, nisi fortunæ suffragio adjuventur. Sed quæ tandem potest esse iniqua conditio, quam nemo compellitur accipere, nisi cui cordi sit? Quantumlibet iniqua conditio proponitur, eam nimirum facit æquissimam, quisquis suapte sponte recipit. In aleæ ludo (si fas est hoc exemplum conferre) quid iniquius, quam vel summum artificem ab imperitissimo superari, si modo jactus commode cadat? Atque id adeo nemo tanquam iniquum causatur: propterea quod, cui lusus hujus lex non probatur, ei liberum erat non suscipere. Itaque lex quid praestari velit, id palam atque in medio proponit: Quid abs te praestari possit, id tibi relinquit expendendum. Illa nihil mavult, quam ut res quam optime cadat: quod si, posteaquam nihil jam intentatum reliqueris, quo minus effeceris, per fortunam stetit, intelligis (opinor) nihil habere te, quod legi succenseas. Fortunam, si ita lubet, in jus voca, cum lege nihil tibi rei: quæ ut nihil promittit, ita nihil debet, nisi praestanti. Neque vero existimemus, Judices, istud a majoribus qui hanc legem tulerunt, sine summa ratione fuisse factum, ut conato praemium non esse statuendum putarint: videlicet illud caverunt, non tantum ne ancipites istas & inexplicabiles hujusmodi de conatu lites invitarent, verumetiam quod intelligerent, tyrannicidii conatum non posse, nisi summo civitatis periculo suscipi. Unde futurum prospiciebant, ut si conatui praemium statuissent, temeritate conantium resp. subverteretur potius quam restitueretur. Etenim tyrannis quid aliud est quam grave capitaleque civitatis ulcus? huic si quis medeatur, ei merces digna proposita est, quam ita demum ferat, si remedium praesentaneum attulerit. Verum huic malo neminem oportet admoliri manum, nisi certum artificem, qui sua diligentia peritiaque fretus, non sinat hoc licere fortunæ, ut dum ipse salutem dare conatur, illa vitam penitus eripiat. Quid? utrum tu igitur in ejusmodi discrimine conatum praemio judicas invitandum esse: an potius poena deterrendum, nisi quod conatus est quispiam, idem praestiterit? Nec illud te sublevat, quod mihi videbare ratiocinando colligere, quum lex in maleficiis poenam irroget simplici sceleris molitioni, par esse, ut multo magis in benefactis conatus habeat rationem: nam oportere legem multo propensiorem videri ad compensandam virtutem quam ad retaliandam culpam. Atque vide, quam hic tota erras via. Principio non animadvertis, hoc tyrannicidii facinus toto genere a reliquis discedere, propterea quod aliorum molitio cum privato molientis periculo modo conjuncta est: hujus cum publico reipub. discrimine copulata, ut temere moliri tyrannicidium nihil aliud sit, quam temeritate privata rem omnium

prodere. Deinde lex nec in quovis crimine, nec qualemcunque conatum in quaestionem venire sinit, verum in paucis duntaxat, quae vel propter insignem atrocitatem hoc odii merentur, vel ejusmodi sunt, ut prius exitium adferant, quam conatus dent significationem: quod genus parricidium, veneficium, proditio. Postremo non vides, nihil esse simile, totaque natura rationeque discrepare, poenae legitimam irrogationem, & honoris largitionem. Nam alterum quidem proprie legum munus, alterum quasi quaedam de jure concessio, legisque candor (ut ita dixerim) quidam est. Hoc ita habere sic demum intelliges, si reputes, quam multa sint quae lex jubeat, addita poena, ni pareas: quam multa item vetet, nisi obtemperaris, supplicium minitans: contra, vix unum atque alterum esse, ad quae praemio sollicitet. Quaedam enim ejusmodi sunt, ut durum ac servile videatur ad ea metu mali adigi: quo de genere sunt, uxorem ducere, operam dare liberis. Hic lex nimirum urbanius ac verecundius tecum agit, patris, non magistratus sumit habitum, precio ad id invitat, quod alioqui gratuito te praestare decebat. Rursus alia, tametsi id genus sunt, ut a quovis non improbo cive praestari velle oporteat, tamen & fortiora videntur, quam ut a multis praestari queant: & periculosiora, quam ut multi velint suscipere: nam inhumanum videtur, cuiquam vitae suae contemptum imperare: ad haec igitur praemio animat, qualique calcar addit virtuti. Proinde non oportet hanc legum indulgentiam longius trahere, quam ad quae semet ipsa adstringit. Nec mirandum est, si attentior, si vigilantior, si exactior est in proprio naturalique munere suo, quam in eo in quo pro temporis ratione in alienas partes descendit. Huic adstipulatur illud, quod novis etiam criminibus exemplum, aut novum nova lege solet institui, aut a simili lege mutuo sumi. Neque tamen idem fieri consuevit, si quis quid novi facinoris cum laude patravit, ut praemium a simili constitutione decernatur: nisi lex extet, quae nominatim honorem statuat ejus facto, quod roget, vix habebit: quod postulet, haudquaquam. Cur enim legi necesse sit passim civium suorum officium mercede redimere? Quandoquidem ne sit impunita improbitas, id publicitus omnium refert: at probus esse nemo gratis potest. Quid autem est quod non vel gratus patriae debeat civis? Cui si vel animam impenderis, quid mirandum, si quod acceperas, id restituis? Ut supplicio dignus sis, nisi parenti pietatis officium persolvas, non praemium illico tibi debeatur, si persolvas. Itidem, si quid in leges committas, non potes effugere supplicium: at non statim illae tibi praemium debiturae sint, si quid cum officio feceris. Nam si cives omnes sese in officio continerent, ne opus quidem esset ullis legibus: quippe quae non ad bonos mores comparatae, sed malis e moribus natae sunt, id quod vere vulgo dictitant, ac pharmaci vice fungantur. Finge itaque nullas esse leges, quemadmodum de aureo Saturni seculo fabulantur poetae, suo quemque sponte fungi officio: an tu hic clamabis perire benefacta, quod nulla lex praemium decernat? Uti lex non minatur nisi improbis, ita non pollicetur optimis civibus. Quorsum enim opus promisso, quum virtus absoluta abunde se ipsa contenta sit? Proinde petere quod illa non sit pollicita, profecto plus quam impudentissimum est: improbe flagitare, quod ea candide civiliterque promiserit, civis est probitatis non satis spectatae. Tu quid merueris, paulo post excutietur: interim finge sane, praecipuam quandam utilitatem attulisse, cui tamen ex lege praemium non debeatur. Utrum protinus clamitabis infrugiferum fuisse officium, civitatem in jus vocabis, plebem ingratam vociferabere, minitabere judicibus, nisi tibi mercedem ex animi tui sententia decernant? An potius ipsam virtutem abunde magnum sui praemium judicabis? Oblectabis te conscientia recti. Hunc esse maximum fructum officii duces, quod de aliis citra tuum emolumentum benemerendo ad deorum benignitatem videaris accedere? Nimirum haec tibi futura sunt satis, si modo civis sis optimus. Quod si non contentus istis, aliud adhuc nescio quod praemium desideres, certe maximo proximum est gloria: hoc tu jam propemodum tulisti. Quanto metiris precio, volitare per ora mortalium, celebrari, laudari, digitis notari mille, oculos omnium in te conjectos circunferre? Ista, inquam, vel maxima praemii pars: nam pecunia sane quam exiguum momentum adfert. Tu conatus duntaxat es, permagna portio, vel caput potius ipsum tuo deest facinori. At cum interim his rebus frueris, dum non occiso, tamen velut tyrannicida celebraris, quaeso te, quantula pars abest e tuo praemio quod laturus eras, etiamsi tyrannum occidisses? Postremo isthuc ipsum praemium, pene dixerim, invidendum mihi videtur, quod jam tibi licuit toties Reip. tyrannicidium imputare, quod in celebri judicio tibi contigit honestissimum praemium flagitare, & in tam frequenti theatro spectante rep. magnificam istam tuam tragoediam peragere. Mihi videtur, Judices, beneficii tulisse gratiam, quisquis exprobrare beneficium potuit. Tu fortunae, tu deorum munus imputas civitati, & sunt fortassis qui tibi libertatem acceptam ferant. An haec tanta praemia contemnis? Quae vel vero tyrannicidae sufficere debuerant, nisi lex maluisset praemio conatum ab effectu distinguere. Quamquam nullum me hercle praemium magis congruit ei, qui tyrannum conatus sit occidere, nec occiderit, quam ut illi contingat tyrannicidae praemium sperare, nec ferre tamen. Hiccine erat ille gradus, in quo nos tecum commorari jubebas? Quanquam hoc nomine tuus conatus minus promeretur praemium, quod aliorum propolita fortuna modo defuit, tibi voluntas, ut ais. Effeciisti quod voluisti: id quod erat necesse, nec feciisti, nec voluisti. Sed jamdudum alium gradum (ut video) circumspectas, in quem te recipias: nam in hoc quam citra omnem praemii spem consistas, intelligis. Age sequemur te per omnia, & aliunde alio fugitantem persequemur, nec usquam sinemus consistere. Atqui non tantum aggressus sum, inquis, verumetiam occidi, nempe filium: atque id facinus in duo secas tyrannicidia, & quod filium sustuleris plusquam tyrannum, tum tyrannidis successorem: & quod parenti, necato filio, mortis causam ministraris. De illo

mox:

nox: nunc hoc cujusmodi ſit inſpiciamus. Parentem ais abs te, jugulato filio, eadem occiſum opera: negas enim referre, qua via peremeris, modo ſuſtuleris: imo ſplendidius iſthuc videri vis, quod tuo quidem enſe, verum ipſius dextera ſit interemptus. Haec tam honeſta, Judices, oratio poſſit parum attentum fallere, praeſertim hoc rem fucis illis ſuis & phaleris venditante, dum nobis ob oculos ponit validum illum florentemque juvenem, ſic patri adamatum, crebris vulneribus confoſſum: parentem ſenem miſerum, illi circumfuſum, eodem exanimatum enſe, ſanguinem utriusque inter ſe confuſum. Iſta quidem dictu ſplendida, ſed quid ad tuam cauſſam attinent? Nemo tam caecus qui non videat, nemo tam effrons qui neget, ſpectaculum illud multo omnium jucundiſſimum extitiſſe civitati, quum ſenem tyrannum juveni videret incumbentem, exanimem exanimi, & in altero gauderet ſeſe levatum malis praeteritis, in altero futurorum metu. Haec quum per ſe maxima, quum Reip. ſint gratiſſima, quid attinet verbis exaggerare? Illud unum in hoc judicio vertitur, utrum tibi acceptum ferri oporteat, quod pater ſine controverſia tyrannus occiſus eſt, an fortunae, ſuperumque dexteritati. Quod enim suo gladio peremptus eſt, id vero quam eſt futile nihilique. Quid ſi tuo gladio ab eo qui eum utendum abs te rogaſſet, tyrannus eſſet necatus, num tu protinus tyrannicidae praemium petitum venires? Lex occiſori pollicetur honorem: tu eum jugulaſti, de quo certe controverſum eſſe poterat, tyranni nomine cenſendus eſſet, nec ne: eum de quo nihil erat dubitationis, reliquiſti. Si prudens, prudens excidiſti a praemio: ſin metu, multo minus etiam cauſſae eſt poſtulandi muneris. Verum illud tute vehementer urgebas, uti prudens volensque reliquiſſe videare. Sed quod tandem erat iſtud tuum conſilium, quum tibi ſic in manu eſſet, non toto metu liberare Remp. ſed ultorem tui facinoris, & verum certumque tyrannum relinquere? intelligebas (ut ais) omne negotium confectum extincto juvene, propterea quod modis omnibus futurum praeſcires, ut ſenex illico ſibimet eodem gladio necem conſciſceret. Videte, Judices, in manifeſtiſſimo mendacio qua rima conatur elabi: niſi divinandi ſcientiam commentus fuiſſet, non poterat hinc explicare ſeſe. Siquidem haec vel augur, vel haruſpex, vel vates diceres, fortaſſe nonnullos invenires, qui iſta praedicanti fidem eſſent habituri. Nunc quid impudentius? Quid vanius? Quid veri diſſimilius, quam aſſeverare, id certum praeſciſſe te, quod tale ſit, ut quivis alius exitus potius fuerit expectandus? An conjecturis es aſſequutus, id eventurum quod evenit? At quid aliud effici conjecturis poterat, niſi ut vel ſperares, vel ſuſpicarere? Porro in re tam ancipiti, quae dementia erat ſpem incertam ſequi, diſcrimen certum negligere? Sed audiamus obſecro certas illas conjecturas, quibus hic noſter vates praeſenſit inopinatum omnibus exitum. Jam aetate feſſus erat, inquis, jam viribus defectus, nec obtineri jam autumabat poſſe tyrannidem adempto filio. Tum indulgentius amabat, quam ut filio vellet eſſe ſuperſtes. Nonne ſentis haec adeo non eſſe naturae rerum conſentanea, ut jam omnibus videantur eſſe confutata, vel priusquam refellantur? Utrum ſeni mentem ullam fuiſſe putas, an non putas? Si non putas, fieri potuit, ut illi tutum videretur, quod neutiquam erat tutum; atque ita protinus toto falleris augurio: ſin putas ſapuiſſe, cur erat quod usque adeo diffideret? Quaſi vero tyrannis viribus duntaxat unius hominis, ac non multo magis ingenio, verſutia, calliditate, largitione, crudelitateque contineatur, quae omnia ſi magis in ſenem quam in adoleſcentem competunt, cur tu in diverſum torques augurium? An non illa aetas uſu rerum callentior eſt? An non altius diſſimulat? An non cavet diligentius? An non proſpicit oculatius? Iraſcitur implacabilius? Tenacius injuriae meminit? Meliusque in longinquum conſulit? His ſolis rebus imperium tyrannicum adminiſtratur. In militiae duce quantulum eſt illud momentum, quod corporis vires adferunt? At in tyrannide profecto multo minus. Cur magis illum terreret ademptus filius, quam extinctus ſatelles quispiam audacior? Quum arx ſupereſſet approbe munita, ſupereſſent opes, arma, ſatellitum ingens agmen, tot in civitate factioſi potentesque, qui non ſolum tyranni partes adjuvabant, verum etiam tyrannos agebant: quos equidem ſpero nunc nobis non eſſe metuendos (nolim enim infauſta ominari) at ita tamen, ne nimium ſecure negligantur. Usque adeone ſenem cruda viridique (quod omnes norunt) ſenecta callidum, animoſum, ambitioſum, non ſtultum, una filii mors conſternavit, ut rebus deſperatis protinus e vita ſibi migrandum duxerit? Praeſertim quum ille patris dominatum nihilo reddiderit tutiorem, ſed multo invidioſiorem, idque ob libidinem, atque aetatis inſolentiam temeritatemque, adeo ut expedierit propemodum illi ad ſtabiliendam tyrannidem, filium è medio tolli. Etenim quo propius ad juſti regni ſpeciem acceſſerit tyrannis, hoc minus eſt invidiae obnoxia, magisque tuta. Juvenis ille ſolum hoc augebat, quod maxime tyrannos ſolet evertere. Vera illa tyrannidis munimenta in callidi ſenis pectore erant collocata. Sed tenerius adamabat filium, quam ut defuncto poſſet ſupereſſe. De matercula quapiam privata loqueris, an de viro ſene, callido, crudeli, denique tyranno? Quid ego, Judices, in eo ſermone argumentis coarguendo ſumam operam, quem ipſa natura, quem mos, quem communis omnium ſenſus repudiat? Quis unquam iſthuc audivit? Tyrannum usque adeo pio in liberos fuiſſe animo, ut non dicam commori voluerit, ſed convivere commode quiverit? Credite mihi, privatorum iſti ſunt affectus, Tyrannus neque quid natura, neque quid pietas, neque omnino quid ſit officium novit. Exuit haec omnia, ſimulatque tyrannum induit. Omnia commodis, omnia metu, omnia neceſſitate metitur. Solos hos amat (ſi quos tamen ille amat, qui vel Deos ipſos odit) quos aut metuit, & tollere nondum expedit, aut quorum opera miniſterioque ad fulciendum imperium indiget. Quod ſi ullos ille poſſet amare, ſimiles certe ſui diligeret, impios, violentos, rapaces, ſceleſtos, quando nihil ad conciliandam charitatem efficacius morum ſimilitudine. Atqui ne improbi quidem illi chari ſunt, niſi

qua-

quatenus adjuvant, adeo ut praeposterum, vel perversum potius quendam Stoïcum tyrannus exprimat. Neque enim quisquam tam Stoïcus fuit, ut aeque vacarit omnibus affectibus, atque tyrannus: hoc modo illos discernit, quod philosophus honesto metitur sua consilia, hic commodo. An ille ullum pietatis igniculum in quenquam mortalium sentire potuit, qui in patriam vitæ parentem altricemque, qui in coelites omnium bonorum autores tam sit impius, ut illam crudelissima opprimat servitute, horum fana despoliet, jura contemnat? Verum ut largiamur tibi nonnihil, sinamusque te privatos affectus in tyrannicum pectus, hoc est, ignem in flumen transferre, an tandem persuadebis illud, usque adeo indulgenter illum adamasse filium, usque adeo in eum omnes vitæ suæ spes, voluptates, opesque semel contulisse, ut illo sublato, ne minimam quidem vitæ causam sibi reliquam esse putaret? Repete, non dicam ex hac civitate, verum ex universo mortalium genere: non ex hoc seculo, sed ab orbe condito, & ab ipso (si vis) Promethei simulacro. Quotus quisque fuit pater, quota quaeque matercula, quæ ob liberorum necem sibi fatum accersiverit? Naturalis hic dolor, & quem nemo fere non modeste ferat. Privatis parentibus vel indulgentissimis, muliercularum intemperantissimis affectibus mediocris luctus sufficit, tyranni in filium charitati non nisi solam mortem satisfacturam esse tu Lynceus praevidebas? Age, hoc quoque tibi donamus, vicerit homo tyrannus privatorum in liberos pietatem, vicerit indulgentia materculas omneis: qui tibi compertum esse potuit, utro se dolor paternus inclinaret? In rabiem, an in desperationem? Quo diligebat impotentius, hoc erat probabilius, ut senex natura ferus, civibus infensus, vel maxime vellet esse superstes, vel ob id denique, quo veterem illam iram, nunc filii nece acerrime exasperaram irritatamque, Reip. suppliciis saturaret. Quod si alias vitæ pertaesum fuisset, haec nimirum una causa poterat illum in vita retinere. Quid autem senili animo vindictæ cupidius? An nescis quam impotentes aetas illa concipiat impetus, quo rapiatur aestu, quo flagrare soleat incendio, si quando atroci insignique contumelia lacessatur? Quæ vero potuit esse atrocior, quam filii caedes sic amati, ut tu quidem ais? Haec nimirum quicquid in illo fuerit unquam crudelitatis, quicquid saevitiæ, quicquid immanitatis: si qua sanguinis sitis, si qua suppliciorum fames, denique si quid tyrannicum, id omne semel de integro poterat excitare, quasique renovare. Mitiora etiam animalia datæ orbitatis injuria, in rabiem solet agere: & tu in tyranno (quo nullum animal immitius) nihil tale metuendum esse certissimus augur existimasti, quod in Tigribus videmus evenire? Quod si tibi uni compertum erat, tyranno sic in deliciis esse filium, quid igitur aliud tua fiebat opera, nisi ut saevissima illa Tigris, rapto catulo, in rabiem versa, in miseram hanc civitatem dilaniandam discerpendamque insiliret? Id si non evenit, magna Diis gratia, tibi magnum debetur malum: qui quantum ad te pertinet, tam diram beluam in nostra capita fortunasque immiseris. Elige nunc utrum malis, an verum fateri, nihil fuisse tyranno cum nostris affectibus commune, an confingere sic adamasse, ut matercularum quoque vicerit delicias. Certe neutro modo tua constabit divinatio: quæ nisi constiterit, non est quod ad ejus rei laudem aspires, quæ fortunæ commoditate te imprudente evenerit. Postremo donemus & hoc tibi, ut praesciveris, & certum praesciveris, Deo videlicet quopiam te certiorem faciente (nam alioqui fieri nequaquam potuit) perinde est ac si non praescieris, quum praescientiæ tuæ fidem legi facere non possis. Profer quibus praedixeris id eventurum quod evenit: doce quis deorum quando isthuc tibi praenunciarit, nihil habes quod dicas. Verum posteaquam rem feliciter evenisse videres, tum demum post factum vates esse coepisti, quemadmodum vulgo tum fieri, tum dici consuevit, post eventum stultos etiam sapere: & quo fortunæ beneficium verbis in te transmoveres, tragoediam istam nobis comminisci coepisti, causas reperisti, quibus praesciisse videare. Sed Dii boni, quam non bonum poëtam te praestitisti, qui tam inconsistentia, tam cum natura pugnantia finxeris, saevissimum tyrannum ob pietatem erga filium ultro vitam fugisse: ob unius capitis necem tutum sibi non putasse in vita commorari, quum omnia superessent quibus tyrannis & paratur & obtinetur, sublato eo in quo omne tyrannidis praesidium collocarat, repente rebus suis diffisum ad inferos abiisse. Age, mitto nunc argumenta, haec omnia vera, non ficta credemus esse, tametsi ne fucum quidem ullum habent veri, si mihi ex omni hominum memoria vel unum tyrannum potes nominare, qui liberos suos sic adamarit, ut non spadones ac pallacas longe praetulerit: qui sic illis indulserit, ut non suspectos haberet observaretque: qui sic illis sit fisus, ut non in barbaris quibusdam latronibus, ac servis stigmaticis plus quam in illis fiduciæ posuerit. Ego tibi permultos referre possim, qui filios sic oderint, ut vivos esse pati non possent; adeo metuerint, ut ne cibum quidem una capere vellent: adeo diffiderent, ut tum demum se tutos esse putarent, si quis illos è medio submovisset. Nullus inutilior tyranni satelles quam filius. Ex extrema barbarie conductitios mavult ille sicarios, fugitivos, homicidas, sacrilegos: his vitam suam mavult committere, qui sua patria frui non possint, & alienam evertere gaudeant, qui barbaricis ferinisque viribus antecellant, & gigantes illos impios referant: qui propter animi cupiditatem non difficile ad quidvis periculi suscipiendum perducuntur, & propter ingenii feritatem a nullo facinore abhorrent. Hi sunt idonei tyrannorum ministri, hi fiducia, munimentum, praesidiumque tyrannidis multo tutissimum: hos si quis ademerit, causam videatur dedisse, cur rebus tyrannus diffidat. Nam filius qua tandem ratione dominatum sustinebat: Ætate? At utilior aetas grandior: Robore? Unus erat: Prudentia? Magis sapit senecta: Custodiis quas obtinebat? At si adversus patrem obtinebat, mors illius seni etiam optanda. Si patris nomine, quid nisi unus satelles ademptus erat? Nam custodiæ quo deficerent, nisi ad eum cui alebantur? Tutior igitur erat futurus tyrannus amoto filio. Res enim tyranno suspecta, filius violentus & insolens, propterea

quod

quod reliqui illi Barbari ſolo lucro contenti ſunt : Filius illud praemium ſpectat, tyrannidis ſucceſſionem. Nec ullus pietati locus, ubi mentem poſſidet dira regnandi libido. Ibi contemptis naturæ legibus, & filium horret pater, & patris interitum optat filius. Sed dicturis jamdudum neſcio quid : mane, praeſenſi, nihil inexpugnatum omittam, urges. Niſi praeter modum adamavit filium, niſi diffiſus eſt, cur ſibi mortem conſcivit ? Iſthuc vero merito demirandum, quippe quod praeter omnium, ac tuam etiam ſpem evenit. Verum ego nihil ad me pertinere puto, ut tibi rationem reddam, quid illi Dii in mentem immiſerint, ut ſibi vim adferret : hoc tantum evincere ſat eſt, te nullis conjecturis hunc exitum certo praeſcire potuiſſe, quantumlibet amarit filium : tametſi cauſa non admodum obſcura. Jam deorum ſi qui fuerunt huic infenſi Reip. iras diuturna noſtra calamitas ſatiaverat. Jam propitios noſtra vota, noſtra ſacra commoverant : aderat illud fatale tempus, quum impius ille ſenex Diis atque hominibus dignas admiſſorum poenas daturus erat. Jam aderant ultrices Erynnes, aderant Furiæ, facibus & hydris omnibus armatæ : hæ illi mentem ademerunt, hæ vanam formidinem incuſſerunt, hæ attonitum ad ſpontaneam ſui caedem impulerunt. Nihil minus arbitrabatur quam fugiſſe, qui filium peremerat, quam una caede contentum fore, qua quidem una in re jure potes gloriari, quod tyrannum vehementer fefelleris. Virum eſſe putabat, qui hoc facinus peregiſſet. Credebat eſſe talem, quales audierat eſſe ſolere tyrannos, qui magno ſuæ vitæ contemptu, tyranni caput impeterent : qui non adorirentur facinus, niſi ratione probe perſpecta, qua poſſent perficere. Hanc ſuſpicionem Pan ille, aut ſi quis alius eſt Deus, novis terriculis exagitabat. Arbitrabatur inſtare ſibi carnificem, ſenſit adeſſe neceſſitatem illam fatalem, quam nemini nocentium vitare licuit. Itaque quod hujus urbis pietati, quod deorum bonitati debetur, cur tu id phaleratis dictis in te transferre conaris ? Ubi diſcrimen erat ſubeundum, ibi fugitabas : nunc ubi res praeter ſpem pulchre cecidit, tutumque putas, fortunæ laudem in te derivas. Sed finge diverſum exitum fuiſſe conſequutum, pone tyrannum ira percitum, paſſim cives ad exquiſita ſupplicia rapere, proſcribere, jugulare, in exilium agere, poſſeſſionibus exuere. Quid hic dices? Non ſines, opinor, eorum malorum cauſam in te tanquam in authorem referri, & fortunæ argumento culpam deprecaberis. Negabis tibi imputandum eſſe, ſi quid fortuito praeter propoſitum evenerit. At nunc nonne injurium eſt, quod boni, fortunæ commoditate, praeter ſpem evenit, id totum in te velut authorem velle traducere ? Etenim te nihil expectaſſe minus, quam id quod evenit, vel ipſa res clamitat. Si hoc animo conſcendiſſes arcem, ut filium, non patrem occideres, credi poterat te talem quandam ſpem animo concepiſſe : nunc caſu neſcio an metu potius in juvenem incidiſti, & tum denique divina iſta mens & futurorum praeſaga, ſed quæ non niſi poſt eventum ſua prodat oracula, te corripuit. Quum eſſet fugiendum, ibi demum, Judices, in re tam tumultuoſa, ſecum velut ocioſus conſultare coepit, utrum ſenem ſua dextra dignum exiſtimaret, ibi demum praevidere coepit, fore ut pater ipſe ſibi manus adferret. Et quo commentum tam impudens, Judices, efficiat paulo probabilius, quæ nec vidit, nec videre potuit, ea perinde deſcripſit, nimirum (ut jactat) poëta, quaſi ſpectator aſtiterit, quid in mentem venerit tyranno, quid dixerit, quid fecerit, quomodo ferrum ſtrinxerit. Ejusdem profecto impudentiæ fingere praeſciſſe ſe, quod eſſet eventu conſequuturum, & quod non videris, id ita narrare, quaſi videris. Quanto melius tuo commento, id eſt, fabulæ ſua fides conſtitiſſet, ſi ita finxiſſes : te quum perempto juvene, ſtricto gladio ad ſenem ire deſtinaſſes, repente a tergo adfuiſſe Palladem illam Homericam, & jam euntem capillis revocaſſe te : vetuiſſe ne tam luculentum facinus ſenili caede obſcurares, ſeſe citra tuam operam curaturam, ut ille ſuapte manu, ſed tuo gladio peremptus, gloriæ tuæ nihil tenebrarum offunderet, ſed multum etiam adderet lucis : dehinc abditum te per rimam contemplatum, vel (quod eſt te dignius) repente Deam ſepſiſſe te nebula, ut tyrannicæ necis tutus & otioſus ſpectator aſſiſteres, nec prius illinc diſceſſiſſe, quam negotium omne confectum vidiſſes. Haec ſi confinxiſſes, paulo minus malum poëtam te praeſtitiſſes? Sed ocium, opinor, non ſuppetebat ad omnes fabulæ parteis commode tractandas, videlicet lucri cupiditate te protinus ad praemium poſtulandum rapiente. Nunc vel ipſa te prodit inconſtantia, figmentique coarguit. In arcem aſcendiſti, quo tyrannum occideres, neque tum praevidebas, quod ſole ipſo clarius videri vis. In medio negotio ſubito, neſcio quis Deus, oculos tibi reſtituit, ut videres futurum id quod accidit. Porro ſi veris fidem facere voluiſſes, narrare debueras, quemadmodum nocturnus explorator furtim arcem conſcenderis, in aedes clanculum irrepſeris, forte fortuna obvio nemine, non dicam ut tolleres aliquid, ſed ut experireris, ſi quod tuto facinus poſſes deſignare : haec molienti commodum faviſſe fortunam : itaque quum adoleſcentem ſolum atque incuſtoditum offendiſſes (ut eſt ea nimirum aetas ſecurior, periculique minus cogitans : praeterea diuturna tyrannis jam magnam metus partem exuerat) tum haud ſcio (ut mores illius erant) multo vino ſepultum, atque immodica libidine defeſſum, fortiter jugulaſſe ſcilicet, & ſomnum illi cum morte, id eſt, germanum (ut ait Homerus) cum germano conjunxiſſe : deinde ubi jam cardines procul ſtridere coepiſſent, exaudito videlicet morientis gemitu, ibi te metu exanimatum ita fugiſſe, ut non vacarit gladium è vulnere tollere, quem nec parricidæ, nec ſicarii ſolent relinquere, ne deprehendantur. Interea domi latitaſſe te, jamdudum de fuga cogitantem, & longinquas aliquas, ſemotasque mundi latebras animo circumſpectantem, in quibus abditus poſſes irritati patris ſaevitiam fallere. Jamque te ad ſpontaneum exilium accincto, repente in vulgus exiiſſe famam, liberam eſſe civitatem, tyrannum una cum filio jugulatum, reliquos metu fugiſſe, authorem ignorari facinoris. Ibi repente ad novam tuæ fabulæ cataſtrophen immutaſſe te animum, & qui prius de ſalute fueras ſollicitus, protinus ad praemii ſpem arrectum fuiſſe, lucrique aviditate, priusquam

tibi satis esset excogitata ratio, qua totam hujus inopinati eventus laudem in te traduceres, prosiliisse in medium: id quod vidimus, clamitasse tuum illum esse ensem, tuum facinus, non unum praemium tuae virtuti fore satis. Haec nemo non credidisset, sunt enim rerum naturae consentanea, usu comprobata, omnium opinione recepta. At tu dum sedulo quidem, sed tamen parum ex arte, tuam nobis praescientiam niteris persuadere, quam multa commisceris, non dicam tota facie a vero distantia, verumetiam cum sensu communi, cum more, cum natura penitus pugnantia? Primum tyrannum tam materne filium adamasse, ut sine eo vivere noluerit: sic ob unius mortem metu fuisse consternatum, ut in vita manere non sit ausus: sic illi toto pectore fisum, ut ipse nullas circum se custodias haberet: adeo fracti animi fuisse, ut tam chari pignoris truculenta caede non potuerit ad ultionem inflammari, tam invalidum, ut tua dextra fuerit indignus, tam inermem, ut ni tu illi gladium reliquisses tuum, defuturum fuisset, quo se jugularet. Non vides quam non competat tam insignis in tyrannum pietas, tam secura in eam aetatem fiducia, tantus metus in hominem, excepto filio, reliquis omnibus praesidiis munitum, tanta consternatio in hominem tot periculis exercitatissimum, tanta imbecillitas in iratum? Quid igitur erat, cur tu senem illum tantopere contempseris, ut indignum habueris, qui tua ista magnifica dextera jugularetur? Tune indignum judicabas quem occideres, quum eum Resp. non putarit indignum quem formidaret, quem maximo suo cum dolore ferret. Non talem illum, Judices, non talem sensimus, ut cuiquam contemnendus videri debuerit. Neque tu eum unquam contempsisti, nisi forte contemnere est, misere formidare. Sciebas arcem armis refertam, sciebas supersesse satellites, quorum vel unus (si seni vires deerant) sufficiebat jugulando tibi. Non ignorabas (id quod nemo nostrum nescit) quantum virium illi partim exercitatio, partim ingenii feritas etiam in illa senecta reliquerat. Tum non te fugiebat, frigidum illud senium sic interdum acri dolore inflammari, ut juvenibus etiam validissimis saepenumero fuerit intolerandum, si quando solitum illud robur quod aetatis gelu velut obtorpuerat, magno aliquo animi motu recanduit. Quis autem tam invalidus est, ut non illi pudor, ira, dolor ingens vires suppeditet? Hoc erat videlicet cur tu filium quam patrem malueris occidere, quod illum inopinantem, inermem, dormientem fortuna objecit. Cum hoc pugnandum erat, armato, vallato, irato denique. Hoc erat cur gladium relinqueres, ratus ne tantisper quidem morari tutum, dum reciperes, metuens videlicet ne tantillum sircinae te redderet in fuga tardiorem. Reliquisti invitus, quo tyranno prodi posses: sed prodi malusti quam deprehendi. Neque ego nunc formidinem tuam accuso, imo miror magis quod pedibus confidere, quod fugere potueris, quum audires moveri tyrannicam familiam, stridere arma: intelligeres tibi non cum puero, sed cum vigilantibus viris, accinctis, armatis, sobriis, irritatis, denique cum rabioso patre dimicandum esse: non quod illum usque adeo filii mors commoveret, sed quod arbitraretur, & haud scio an vere se petitum fuisse, dexteram tuam erasse tantum in filio. I nunc & spera, non dicam hos Judices, viros omnium perspicientissimos, sed vel è media plebe quenquam esse tam mucosis naribus, cui non suboleat, imo qui non plane odoretur, praesentiatque totam hanc fabulam abs te confictam. Et quod poëtae solent, quum haerent in explicando tragoediae argumento, hanc veluti Deam divinationem arte quadam induxisti, quo praesensionem tuam judicibus probares, sine qua videbas praemium obtineri non posse. Sed occasionem, inquit, ministravi paternae mortis, qui gladium quo se feriret reliquerim: atque id solum non modo satis esse putat ad petendum praemium, verum etiam meritum esse, ut ipse ensis inter arma deorum consecretur, Dominus pro Deo praesenti colatur. O hominem suavem, si has spes vere concepit: impudentem, si, quum non speret, postulat. Ita ne tyranno gladius erat defuturus, nisi tuum illum reliquisses? Tu in arcem arma, hoc est, in sylvam ligna portanda putasti? Nisi forte tuum illud ferrum magicis precaminibus erat imbutum, ut ultro ad mortis adegerit necessitatem: an vero nihil referre putas, quam praebeas occasionem, quomodo, quo animo? Primum, gladium reliquisti, quo nihil minus deest Tyranno: nunquam ferrum abest, non in cubili, non in triclinio, non in sacris: reliquisti metu trepidus. Tua quidem in re illud interim demiror, qua fronte eum gladium tuum ausis appellare, quem habueris pro derelicto. Metu, inquam, exanimatus reliquisti, quem postea receptum optabas: reliquisti rem ancipitem. Quid si tyrannus illum eundem ensem in civium jugulos distrinxisset? Quid si eodem lectos aliquot ex hujus urbis juventute adolescentes filio suo inferias mactasset? Si tyrannum occidisti, quia tuo occisus est gladio, & horum omnium indigna caedes ad te pertinebit: quippe cujus ense peracta est. Id si non evenit, nihil ad te pertinet, nam anceps occasio quam in partem cadat, id Diis in manu est: si bene verterit, nihil gratiae debetur ei qui dedit imprudens: sin male, temeritas imputatur. Neque enim culpa vacat, qui periculosam ministrat occasionem: quae si feliciter, miserentur omnes: sin infeliciter, merito accidisse dicant. At quanto probabilius erat, futurum ut tyrannus tuo ense alios in usus abuteretur. Scio me, judices, haec pluribus refellere verbis, quam necesse videatur, quippe tam frivola: verum id propositum est, nullum illius argumentum non excussum, non exagitatum, non revictum praetermittere. Quare quaeso ne pigeat ita ut antehac feciſtis, patienter atque attente cognoscere, dum hunc ab gradu firmissimo dejicio; hic sibi vehementer fidebat, hunc acriter urgebat locum. Negabat vitari posse, quin praemium deberetur, quod patri necis causam ministrasset, si non relicto gladio (nam hoc opinor argumentum jam habet pro derelicto) certe necato filio. Nam ita in legibus dissertum ajebat, nihil interesse utrum manu sua quis occidat, an mortis causam praebeat. Addebat, aequum esse, ut eum in maleficiis causam datam imputarent leges ad supplicium, multo magis idem ob-

fer-

ſervarent in benefactis ad praemium. Haec ajebat meminiſſe ſe in legibus eſſe diſputata, illud addens Thraſonicum, niſi ſibi diuturna ſervitus legum memoriam obliteraſſet. Non tu legum oblitus propter diutinam deſuetudinem, ſed nunquam quid ſibi velint leges inquiſiſſe videris. Bis enim hic erras, qui neque cauſæ datæ rationem, neque dantis animum diſcernas, id quod legibus traditum eſt, nec animadvertis longe diverſam eſſe rationem maleficii & beneficii imputandi. Quid ais, nove juris interpres? Itane ſatis eſſe judicas vel ad poenam, vel ad praemium, qualemcunque quomodocunque cauſam dediſſe? Nihil igitur refert, Hector an Ajacem occiderit manu, an gladium illum dederit, quo ſe poſtea confodit? Atqui hanc laudem nunquam ille ſibi vendicaſſet: tametſi probabile videri poterat, in eum uſum hoſti ab hoſte datum fuiſſe ferrum. Quin ergo fabros aerarios omnes vel ad poenam vocamus, vel ad praemium, quoties armis in eorum officina perfectis, aut jugulantur cives, aut ſervantur? Poſtremo cur hoc quod tu petis praemium, non enſis iſtius tui opifex petit potius? Tyrannus gladium erat habiturus, te non porrigente: tu porrigere non poteras, niſi hujus induſtria tibi miniſtraſſet. Age ſi telo inter venandum temere miſſo, forte tyrannum vicinum interfeciſſes, clamares tibi tyrannicidae deberi praemium, an potius nihil tibi deberetur laudis, quod imprudens & inſcius jaculum torſiſſes? Imo in jus potius vocandus eſſes, qui miſſi teli temeritate civem (quod in te fuit) occideris: nam quod in tyrannum incidit, id nihil ad te. Quid ſi caupo vinum lene ac ſuave, quale Polyphemo dedit Ulyſſes, tyranno vendidiſſes, atque ille ejus dulcedine captus, avidius ſeſe ingurgitaſſet, eaque re concepta febri deceſſiſſet, auderes ne caupo, vini titulo tyrannicidae praemium flagitare? At quis non te cum tua flagitatione, ut temulentum, vinoque madidum exploderet? Caeterum quanto frigidiore titulo nunc idem poſtulas? Utcunque conjecturis praecipi poterat: ut aetas vinoſa tam illicibili vino avidius, intemperantiusque frueretur, crapulam conſequeretur morbus, praeſertim in ſene: morbum mors, vulgo haec eveniunt. Tu eam tyranno mortis cauſam dediſti, cujus nullum extat in hominum memoria exemplum. Quis enim antehac ob filii necem ſibi manus intulit? Accedam propius. Finge te tyranni coquum eſſe: probe callere palatum domini, medicos interdicere cibum, quo tamen illi oppido quam lubens veſcatur: interminari morbum capitalem, ni temperet: id te non fugere, eum cibum tu arte tua, cupediisque & condimentis magis ac magis illecebroſum reddis, conſequitur edentem morbus, quem praedixerant medici: emoritur tyrannus, liberatur civitas. Hiccine coquus è culina in forum proſiliens, & adhuc jure madens, fuligine niger, tyrannicidae praemium poſtulabis? Mortarium, tonſillum, & ollas oſtentabis, arma ſcilicet quibus tyrannidem expugnaris? Non eris (opinor) tam impudens in ea cauſa, qua tamen iſta tua multo eſt abſurdior. Nam illi voluntas occidendi non defuit, probabilem praebuit cauſam. Tu nec in hoc jugulaſti filium, quo pater ultro vitam relinqueret, & cauſam dediſti, ad quidvis potius quam ad iſtud idoneam. Accipe exemplum tuo ſimilius, quam ovum ſit ovo (quod ajunt) ſimile. Quid ſi tyranni amicam, quam ille miſere ac perdite deperiſſet, occidiſſes: eaque cognita re tyrannus ſibi vitam abrumperet, auderes ad praemium aſpirare? Auderes dicere, te certum praeciſſe, fore ut tyrannus ſponte fugeret è vita? Certe quanquam plures amicas extinctas ſequuti ſunt, quam filios, nemo tamen tibi crederet, nemo tibi praemium deterneret, tuum factum periculoſum & anceps diceret: omnes fortunae gratias haberent, cujus commoditate res ea feliciter ceſſiſſet. Tibi abunde magnum praemium exiſtimarent, ſi commiſſi venia donatus diſcederes. Primum igitur diverſam imputandi maleficii, & adſcribendi beneficii rationem conveniet diſtinguere, deinde cauſſae aequalitatem, poſtremo animum: atque ita demum liquebit, quid tibi lex debeat. Nam quod ajebas legem prolixiorem eſſe oportere ad reddendum praemium, quam ad infligendam poenam, id in privilegiis, quae in exemplum non vocantur, fortaſſe locum habet: In jure communi longe ſecus eſt. Siquidem (uti ſuperius demonſtravimus) nulli nocenti lex non minatur poenam: paucis benefactis praemium oſtendit. Tum in maleficiis etiam conatum ſimplicem ſupplicio proſequitur: in benefactis ſemper exitum requirit. Nec mirum, nec iniquum, ſi lex eſt diligentior in eo negotio, ad quod unum eſt nata atque inſtituta, quam in eo, in quo temporis ratione tanquam alienas ſibi ſumit partes. Ergo in utroque communiter ſpectat, ut cauſa ſit idonea: deinde ut animus adſit, non tantum caſus. Hoc rurſum intereſt, quod in benefactis nec cauſa idonea, nec animus idoneus ſatisfacit legi, niſi his acceſſerit eventus item idoneus. In malefactis, ſi quid nocendi animo tentes, non expenditur nec eventus, nec cauſa: ſed ex animo factum tuum lex metitur. Sic enim judicat, tibi nihil ad ſcelus defuiſſe praeter fortunam: qua te ſublevari, quod tandem jus ſit? In eventu ſimul & cauſam datam, & animum expendit. Si animum vitioſum comperit, nihil moratur cauſam, quam ſit idonea, putat animum & eventum ad poenam commerendam ſufficere. Sin animo ſimplici data eſt cauſa mali idonea, & non conſequitur eventus: lex quaſi connivet ad id, & non putat ad ſuam cognitionem magnopere pertinere. Sin eventus eſt conſequutus, etiam ſi de animi vitio doceri non poteſt, tamen temeritatis & negligentiae nomine poenam irrogat: partim propter ſuſpectam dantis voluntatem, partim ut haec latebra peccantibus eripiatur, imprudens feci, diſcantque homines vel ſuo periculo cavere, quod alieno faciant periculo. Ergo qui prudens & ſciens certam atque evidentem noxae cauſam dederit: eum perinde lex cenſet, quaſi facinus manu peregerit. Veluti ſi quis hoſtem opibus copiisque juverit, perinde eſt ac ſi ipſus arma contra ferat. Siquidem id ſuppeditavit, ſine quo bellum geri non poterat. Aut ſi quis inimicum ſuum per dolum navigio ſolutili imponendum curet, ut naufragio intereat, aut in conclave penſili teſtudine inducat, ut ruina opprimatur: aut juxta lectulum aegroti, loco pharmaci venenum ponat, fu-

turum sperans ut eo hausto pereat, tametsi non bibit aegrotus, tamen veneficii postulari potest qui posuit, propter vitiosam animi voluntatem. Nam vehementer erat probabile id eventurum, quod ille moliebatur. Huic si detrahas nocendi voluntatem, nihil illi cum lege rei futurum est. Si detracta nocendi voluntate, apponas eventum: non effugiet temeritatis crimen, nisi illum inculpata ignorantia absolverit. Porro si in loco non ad id destinato, puta in via publica, aut in fundo alieno, arcu temet exerceas: lex tecum non agit, nisi fi quem occideris, aut vulneraris, aut si cui damnum dederis. Caeterum quod facis, tuo facis periculo. Quod si quid horum consequutum est, cum lege tibi res est. Neque tibi tua patrocinabitur imprudentia: quippe quae culpa temeritatis non vacet. Siquidem in te fuerat praecavere, quod probabiliter poterat praetimeri. Vides quanto discrimine dissita sint, inter quae tu nihil interesse dicebas. Primum non statim imputatur ad praemium, quod ad poenam, idque non a malignitate legum latoris, sed partim ex ipsa rei natura proficiscitur, partim a legum officio. Deinde discernitur animus, causa data dijudicatur: spectatur eventus. Age nunc si libet, tuam causam, qua tuum facinus aestimari vis, expendamus. Finge te certam, inevitabilem mortis causam tyranno dedisse, sed imprudentem, nulla tibi fit praemii petitio. Quis enim insciens bene mereri dicitur? Fortibus viris praemia dantur, non fortunatis tantum. Nam evicimus jamdudum, opinor, ne posthac affirmes te in hoc jugulasse filium, ut pater sibi necem conscisceret: quod eventurum ne vates quidem quisquam praescire poterat, tu nec suspicari. Imo posteaquam rem plenam discriminis, fortunae arbitrio commisisti, quia bene successit, hoc nomine lex te non postulat: at idem si male evenisset, temeritatis poenas eras debiturus. Neque enim tibi succurreret inculpata ignorantia. Quid enim aeque formidandum erat, quam ne tyrannus, simulatque occiso filio se peti insidiis persensisset, omnia tyrannidis mala in nos conduplicaret? Jam ut de animo res tibi constet, causam dedisti non solum non idoneam, verumetiam periculosissimam Reip. Vin' hoc tibi argumento evidentissimo demonstrari? Finge te quempiam è civibus vitio occidisse: tum extincti patrem id facere, quod modo fecit tyrannus. Utrum tu duplici caedis crimine teneberis, an simplici: Simplici opinor. At uxor & mariti mortem imputabit, qui necato filio, seni causam mortis dederis: atque his ferme tuis argumentis utetur. Indulgentissime filium adamabat, in illum omnem familiae curam reclinaverat, illo se oblectabat atque haec de privato seno cum fide dicet, quae tu de tyranno nimis dure (ne dicam ridicule) dicebas. Addet ea te scisse, praevidisse futurum, ut ille vitam fugeret orbatus filio, in quo uno omnia vitae oblectamenta collocarat. Non tibi defuisse jugulandi senis voluntatem, sed hoc tantum egisse, ut miserabilius sua dextra periret, ut odium tuum plenius miseri patris malis exsaturares. Ideo juvenem necasse, in hunc usum gladium in vulnere reliquisse. Vides quanto sint haec probabiliora in hoc, quam in tuo negotio: & tamen negabis paternam necem ad te pertinere, atque animi suspicionem causae qualitate purgabis. Negabis causam idoneam fuisse, cur ille sibimet manus adferret. Te nec praescire, nec timere potuisse id, quod sit consequutum: quod rarum extet exemplum patris, ob filii necem sponte fugientis è vita. Alioqui futurum fuisse, ut & mater sibi fatum accerseret: quippe quam impotentius amare sit consentaneum, ac minus adversum dolorem animi viribus valere. Haec non dubitares tibi profutura, ad alterum crimen depellendum, & prodessent dubio procul. Atqui quod in maleficiis valet, ne quid imputetur, id multo magis in hac causa valet, ne quid acceptum feratur. Ibi te liberaret à voluntatis suspicione, quod causas parum idoneas dederis, hic ex causis multo minus idoneis propter personam tyranni, videri vis non modo quod evenit, fuisse suspicatus, verumetiam certum praescisse. Ibi temeritatis postulari non poteras, propterea quod tametsi vitio abs te data est causa, tamen idonea non sit ad id quod evenit. Imo ipsi tota res imputabitur, & legibus poenas dabit, sepultura prohibitus, quod civitati citra causam idoneam civem unum ademerit. Tibi non nisi unius filii mors imputabitur, etiam si mater quoque & filiae & sorores, & tota tribus hujus necem fuerit imitata. Hic poterat, nisi feliciter evenisset: quippe ubi summum Reipublicae periculum & verteretur, & praetimeri probabiliter posset. Venio nunc ad quartum illud praesidium, Judices, quod iste tutissimum, ac pene inexpugnabile judicabat: unde ego illum ita deturbabo, ut non solum sit non habiturus, quo tyrannicidii & hujus laudis arcem obtineat: verum vix etiam latebram inventurus, ubi temeritatis ac maleficii poenam effugiat, quo nimirum intelligat, quam non inimice, non curiose (ut ajebat) secum agam: ut quum possim in crimen ac poenam vocare, sat habeam ab honore non promerito secludere. Ait si tibi deberi praemium, vel hoc uno nomine, quod juvenem occiderit, jam plusquam tyrannum, tum tyrannidis paratum haeredem, etiam si hunc eventurri Dii non dedissent, ut senex ipse vitam abrumperet. O deploratam impudentiam! Tu tibi praemium peteres, si tyrannum suae furiae non essent ultae? Dii quidvis potius dederint, quam isthuc quod tu fingis. Sed tamen fingamus interim oratione, quandoquidem id tuto licet: tametsi ad solam mentionem inhorrescit animus. Tune, inquam, occiso filio, relicto sene vivo, tyrannicidae praemium peteres? An potius nec ipse superesses, qui possis petere: nec esset Resp. quae dare posset? Nam tu aut exquisitis supplicijs exanimareris, aut in extremis Orcadis exul delitescores: nos pro tyranno jam immanissimum carnificem pateremur: & tuum caput, ubicunque terrarum latitares, diris imprecationibus devoveremus, qui nos tua incogitantia, vel praecipiti magis lucri cupiditate in tantam malorum tempestatem conjecisses. Sed re filius erat tyrannus (inquis) patri praeter inane nomen nihil erat reliquum. Quid ego audio? Duos igitur haec civitas tyrannos alebat? Nam de patre nemo unquam dubitavit, quin tyranni vocabulum mereretur. Quando autem antehac unquam fando

ſo auditum eſt, duos una in civitate ſediſſe tyrannos? Id quod magis etiam natura repudiat, quam eodem in corpore gemina capita. In iisdem alveariibus duo ſe reges pariter non ferunt. In armentis taurus tauro cedere cogitur. In iisdem luſtris non convenit duobus inter ſe leonibus: & tyrannus (quo nullum animal efferacius) parem in eadem urbe patitur? Non vides neceſſario fieri, ut è duobus, aut alter alterum oppugnet, aut alter alteri cedat? Utrum tu fuiſſe mavis in patre, an in filio? Si juvenis adverſus ſenem obtinebat tyrannidem, quid a Repub. praemium poſtulas? Tyranni partes adjuviſti, non Reipub. Sin patri ceſſit: quid tandem illum vocare potes, niſi tyranni vel praefectum, aut ſatellitem? Quandoquidem ſeniori tyrannicam appellationem ne tu quidem audes detrahere. Verum ut quoquo modo tyrannidem omnem in adoleſcentem oratione derivares, quam multa tu quidem non ex re, ſed pro cauſae tuae commoditate comminiſcebaris? Caeterum quam in his confingendis decori, quod in perſonis ſitum eſt, nullam habuiſti rationem? Sic enim (ut memini) inducebas in fabulam ſenem jam aetate mitem, & qui omnem tyrannidis acerbitatem ob ſenectam exuiſſet: non ſecus atque mala, quae natura acerba, tempore miteſcunt, & in alium abeunt ſuccum. Porro juvenem ferocem, illo incolumi gerentem tyrannidem, jamque patri vivo ſuccedentem. Privatus pater familias non fert filium ſe vivo ſucceſſorem: & tu vis iſthuc credi in tyranno? Ille non finit ullum è liberis rem domeſticam ex animi ſui libidine moderari: & tyrannus ſeſe veluti abdicans imperio, negocium omne in adoleſcentem rejecerat? Non dubito, quin & ipſe videris, quam dura ſint iſta, & quam a communi ſenſu abhorrentia. Verum quid faceres, niſi tales perſonas induxiſſes, exitum invenire tragoedia tua non poterat? Quaeſo te, an unquam auditum eſt Tyrannum aetate miteſcere? Quando tu deſines ea quae ſunt privatorum, quae bonorum principum, tyrannis tribuere? Ut eodem igni cera molleſcit, limus dureſcit: ita aetate pleriique redduntur mitiores ac temperantiores, tyrannus magis exaſperatur. Ut tempus nonnullis pomis amaritudinem adimit, ut vinis nonnullis acorem conciliat: itidem tyrannis non adimit ſaevitiam aetas, ſed exaggerat. Vis ipſiſſimam tyrannici ingenii tibi demonſtrem imaginem? Spinam cogita, quae quo magis ſeneſcit, eo pungit acrius. Echinos cogita, qui quo plus habent aetatis, hoc teſta ſunt aſperiore. Vulgaribus ingeniis fortaſſe nonnulla vitia ſenecta vel detrahit, vel certe mitigat, etiam ſi plura irritat, nonnulla parit. At tyrannorum mentibus ad ſcelus, ad crudelitatem natis, ſcelere & immanitate imbutis atque educatis, praeter vitiorum omnium incrementum adferre ſenecta quid poteſt? Niſi forte libidinem adimit? Quanquam iſta Tyrannidis quantula tandem eſt portio? Sed eſto fuerit ſane propter aetatem ad voluptates ſegnior, verum erat faſtidioſior: unde fit, ut imbecillior ſit ad coitum, ad raptum avidior. Fortaſſe pauciores huic execabantur ephebi, ſed inſigniores. Pauciores producebantur virgines, ſed exquiſitiores. Cur non autem & plures? Videlicet quo ſenile faſtidium optione & varietate vinceret. Hoc ita eſſe, quot ego tibi teſtes citare poſſem, qui quo nobiliores ſunt, quo fortuna praeſtantiores habent liberos, hoc magis eis a flagitioſiſſimi ſenis cupiditate metuebant. An tu putas una cum viribus ſeneſcere libidinem? Multo ſecus habet. Imo quantum aetas improborum hominum facultati detrahit, tantum adjicit cupiditati. Quanquam tyrannicum animum his in rebus non tam voluptatis uſus capit, quam noſtra delectat contumelia. Ut frigeat in ſene tyranno Venus, certe fervet vigetque malitia, ſaevitia, nocendi libido. Poſtremo totum illud vitiorum agmen, quae propria tyrannorum ſunt, cupiditas, rapacitas, improbitas, impudentia, impietas, iracundia, violentia, impotentia, ſuſpicio, fraus, perfidia, crudelitas, implacabilitas, immanitas, perjurium. (Quid autem oportet omnia commemorare nobis omnibus heu nimium nota?) Horum inquam nullum non aetate fit acerbius, propterea quod juventa nonnunquam naturae bonitate vincitur: praeterea quaedam mala nondum didicit: at ſenecta, ſi quid pudoris, ſi quid humanitatis, ſi quid melioris ingenii a natura inſitum eſt, id omne multo ac diuturno flagitiorum uſu penitus exuit, & prorſum in immaniſſimam quandam feram abiit. Id ita eveniſſe, Judices, in execratiſſimo illo ſene, quid ego coner argumentis docere, quum ſua cuique memoria abunde ſatis exemplorum ſuppeditet? Quod ſi juvenis ſeſe gerebat inſolentius, videlicet patris abutens imperio: num tu hunc continuo tyranni nomine donabis? Ergo ex eadem tyrannide ſexcentos tyrannos facile reddideris. Nam quis eſt omnino in tyranni familia, vel extremum mancipium, qui non ipſo pene tyranno ſit ferocior, violentior, ſceleratior? Filius, inquis, emolumentis imperii potiebatur: patri praeter nomen nihil ceſſit. Quaſi vero non ſit iſthuc omni tyrannidi commune. Longe minima fructuum pars, qui ſolent ex tyrannide capi, ad ipſum redire tyrannum. Quemadmodum in latrocinio fieri conſuevit: praedae communiter in omnes diſtribuuntur, vel in eos potius quorum opera capiuntur. Alioqui non cohaerebit cohors illa ſcelerata: niſi dux ille, quisquis fuerit, plus etiam permittat ſuis, quam ſibi ipſi. Solum nomen ſibi proprie vendicat. Et in nullos eſt tyrannus indulgentior, quam in ſcelerum miniſtros: quippe quorum opera ſentiat ſuum imperium contineri. Proinde ſub unius umbra ſatelles omnis, omnis miniſter, familiaris, leno, tyrannidem quandam in cives exercet. Ridicule fecero, ſi hoc quoque coner argumentatione probare, Judices. Vidimus, ſenſimus, experti ſumus, niſi forte tam diutinae calamitatis memoriam tam pauculi dies obliteraverunt. Neque enim eſſet res usquequaque miſero tyrannis, ſi unius modo foret toleranda violentia. Quot ferendi latrones, quot ſacrilegi, quot ex extrema barbarie advenae, feris quam hominibus ſimiliores? Neque deſunt, qui ſe ſimulent apud tyrannum ſceleribus ſuis gratiam promeritos eſſe: quo nimirum hoc nomine metuantur a civibus. Horum igitur unumquemlibet tyrannum appellabis, & pro quolibet occiſo tyrannicidae praemium petes? Non in tantum omnem exues pudorem, opinor. Sed pater aetate feſſus, omnem dominatum

in filium transtulerat, quicquid tyrannicum in urbe gerebatur, id juvenis violentia committebatur. Sed isthuc quantum absit ab imagine veri, quis tam caecus, ut non videat? Quis tam obliviosus, ut non possit experimento refellere? Ego tibi complures nominare satellites possum filio insolentiores. Ad haec, verisimillimum est nullius insolentiam minus approbasse senem quam filii, vel quod odit omnem tyrannidis affectatorem omnis tyrannus, vel quod intelligit ex illius facinoribus longe plus invidiae odiique sibi conflari (Callidissimi autem tyranni est, eatenus legitimum imitari regnum, quatenus obtineri tyrannis possit) vel quod pater etiam pessimus, tamen liberorum nonnihil offenditur vitiis, & ad crudelitatis ministeria alienis quam suis uti mavult. Quod si clam patre rapinas, raptus, atque id genus facinora designabat filius, profecto non tyrannum agebat, sed insolentem satellitem. Sin approbante patre, quasique per illum exercente tyrannidem, utri tandem par erat imputari commissa, huic per quem gerebantur, an ei cujus authoritate arbitrioque fiebant? Non arbitror obscurum, quin huic cui in manu erat nutu ne fierent vetare. Quid autem non agunt per alios tyranni? Nam ipsi quidem neque pueros emasculant, neque virgines abripiunt, neque proscribunt, neque bona diripiunt, neque fana dispoliant, neque haereditatibus manum injiciunt, neque compilant aerarium, neque tormentis excruciant, neque quenquam jugulant, neque armis vicos expugnant: neque incendunt villas. Totum hunc tyrannicum ludum per ministros exercent. In unum tamen tyrannici nominis invidia competit, in unum occidendum lex praemium instituit, in unum stringendi ferri jus facit, illos suae cognitioni reservat. Quorum ut quisque sua opera tyranno profuit, ita aliud atque aliud vocabulum imponi potest, certe tyranni vocabulum nemini congruit, nisi uni illi, sub cujus veluti clypeo, tota illa pernicioſissimorum hominum colluvies latitat. Arbitror vobis, Judices, saepenumero auditum esse, id quod eleganter a doctissimis viris est scriptum, tyrannis non longas modo, verumetiam plurimas esse manus, plurimos oculos, eosque acerrimos, plurimas aures, easque longissimas. Omnino prodigiosum quoddam est animal tyrannus, multoque Titanibus illis Briareo & Encelado portentosius, centenis capitibus, centenis linguis, centenis manibus, pedibusque. Quot enim habet scelerum ministros, totidem habere membra videtur. Atque ut ex membris corpus, ita tyrannis ex hujusmodi constat ministris. Verum ut illud quod corpus appellatur, nihil est aliud, quam quiddam omnibus ex membris aggregatum, ita in tyrannide unum quippiam est, quod neque pes sit, neque manus, neque ullum aliud membrum, contineat autem universa: at ita contineat, ut ab iis possit separari, idque tyrannus vocatur. Proinde exaggera quantumlibet juvenis insolentiam, violentiamque, praefectum arcis voces licebit, oculum nominet licebit, aut si mavis dextram: aut si ne id quidem satis, praecipuum tyranni caput dicas licebit: tyrannum certe vocare nequaquam potes. Unum enim illud portentum tyranni nomine censet, cujus authoritate tituloque cuncta haec membra velut animantur: idque unum forti civi permittit occidere. Non vult in te oculum aliquem involare, non sinit ut caput aliquod amputes, ne tale quiddam eveniat, quod de Lernaea hydra fabulantur poëtae, ut pro uno capite resecto, duo pestilentiora subnascantur: pro uno excusso oculo, plures acriores succedant: pro una resciſſa dextera, multae robustiores subpullulent: unius vitae te dominum arbitrumque constituit, qui sibi sit ausus tyranni vindicare nomen: quo sublato futurum sit ut membra reliqua quasi destituta spiritu, emoriantur, aut certe sanentur. At quid ego tecum jam accuratis argumentationibus ago? Possum illico tuis te verbis revincere, ac veluti tuo te laqueo capere. Juvenem paulo ante magnum patris satellitem nominabas. Non inficiabere. Rursum alio loco dicebas omnem tyrannidem occupasse filium: solius appellationis honorem cessisse. Qui convenit eundem & satellitem & tyrannum appellari? Tum si cessit, non igitur usurpavit tyranni nomen. Contractus autem verbis aut rati sunt, aut rescinduntur. Lex hac tecum formula contraxit, si quis tyrannum occiderit, praemium ferat. Quid tu mihi juvenis flagitia commemoras? Id te lex voluit occidere, quodcumque illud esset animal, quod tyrannus diceretur. Magnum (ut ipse fateris) satellitem occidisti, non tyrannum: quid tibi cum lege rei est? At rem, inquis, legis sequutus sum, non syllabas: eum interfeci, qui caput erat tyrannidis, paratus haeres paterni dominatus: libertatem peperi, servitutem sustuli: hoc lex sensit, hujus rei authori praemium praestituit. Satellitem, inquam, occidisti, nihil miror quantum, quam gravem, quam ferocem, quam scelestum: satellitem tantum occidisti tyrannidis, non caput: aut si caput, unum è pluribus. Sed haec omnia tibi ex animi sententia largiamur: fuerit sane res tota tyrannidis filius: pater nihil nisi vocabulum quoddam inane tyranni: quemadmodum in fabulis habetur, Echo nympham nihil aliud quam meram quandam fuisse vocem sine corpore. Qui tibi licuit in re tanta a verbis legis discedere? Praesertim ita dilucidis, ut perspicuum magis nihil esse possit, & commentitiam interpretationem domi tuae natam in judicium adferre? Ego, Judices, nullum in Remp. exemplum perniciosius induci posse judico, quam si consuescant homines calumnioſi a praescripto legum recedere: & interpretamento, quod ad praetexendum facinus quisque suum maxime idoneum comminisci queat, id Judicibus objicere. Quis autem unquam meminit de legis sententia quaeri solere, nisi quum in scripto quiddam apparet ambigue obscureve dictum: aut quum ex verbis & eventu absurditas quaepiam extitit, eaque manifesta? In priore non cujusvis commentum, sed juris prudentium responsa, sed Judicum sententia recipi solet. In hoc posteriore necessitas ipsa compellit alliquantisper a legis vocibus deflectere: & aequitatem juris potius, quam verba spectare. Duplex itaque periculum videtis, Judices: alterum ne superstitiosa cavillatione literarum legis ab eo quod lex spectavit abducamur: alterum ne passim a praescripto discedendo, leges omneis & judiciorum

rum religionem ſubvertamus. Quorum illud quidem multo levius eſt : propterea quod vix unquam accidat, ut legiſlator obſcure quid voluerit, explicuerit: aut abſurdum quiddam exoriatur. Hoc multo periculoſiſſimum, perniciosiſſimumque. Etenim quæ tandem lex futura eſt, quam verſutus calumniator, quo poenam effugiat, non facile poſſit aliquo commento ſubvertere ? Neque quisquam non elabetur è judicio veſtro nocens, niſi qui ſit usque adeo nullius ingenii, ut ne frivolam quidem aliquam commentiunculam queat invenire. Atque ut cuique commodum erit, aut animi libido feret : ita pro ſene juvenem, pro tyranno ſatellitem, pro homicidio tyrannicidium : & paſſim aliud pro alio interpretabitur. Veſtra interim, Judices, religio, veſtrum jusjurandum, qua tandem ratione ſervabitur ? quibus nihil futurum eſt certi, quod in cognoſcendo ſequamini : verum ambiguas diverſasque litigatorum conjecturas ſpectare neceſſum erit ? Ergo quum in omni cauſa maximopere cavendum eſt, ne ſine graviſſima ratione a legis praeſcripto diſcedatur : tum in hac non periculoſum modo, verum etiam abſurdiſſimum : quum legis verbis nihil poſſit eſſe dilucidius: ſententia nihil aequius : interpretamento quod praeter legis mentem inducitur, nihil peſtilentius. An credimus legis hujus autorem usque adeo infantem, & verborum inopem fuiſſe, ut dicere non potuerit: qui quovis modo Tyrannidem ſuſtulerit, huic praemium eſt, ſi modo iſtuc ſenſiſſet ? Neque vero fugit illum, totam tyrannidem per ſatellites & praefectos exerceri ſolere, permultosque in his eſſe vel Tyrannis ipſis ſceleratiores: atque, ut ita dixerim, Tyrannicos magis, & omnino ſupplicio digniores : niſi & omnium omnia miniſtrorum ſcelera Tyranno imputarentur. In unam tamen illum, qui hoc nomine cenſetur, tibi ferro graſſandi facultas data eſt. In reliquos non tibi permittitur idem : non quod illos vita dignos judicet lex, ſed quod unius caede totam tyrannidem tolli velit, non multorum caede reddi duriorem. Tuum erat legi ſimpliciter parere : neque ejus verba quaſi plumbeam quandam regulam ad tuum facinus accommodare, verum ad illius praeſcriptum factorum tuorum rationem inſtituere. Praeſertim in hoc exemplo, quo non aliud poteſt admitti peſtilentius, ut ex legis arbitraria interpretatione, quem velis, interficiendi tibi pro tua libidine licentiam ſumas. Non illud hic ſpectandum, judices, quam inviſus Reip. ſit, qui occiſus eſt, quam majore etiam ſupplicio dignus : verum id etiam atque etiam perpendere oportet, exemplum praeter leges jugulandi homines, ſemel in civitatem receptum, ſemel veſtris ſententiis approbatum, denique praemio compenſatum, quo tandem licentiæ ſit proceſſurum. Quod iſte ſibi in tyranni filium licere voluit, hoc alius ſibi volet in ditiſſimum quemque civium licere : Quisquis pauper a locupiete contumelia afficietur, protinus tyrannum eum appellabit, & veneno aut ferro adorietur. Poſtremo ſi cui magiſtratus non placebit, ſi cui judex erit inviſus, non dubitabit è medio tollere. Porro ad facinoris defenſionem, Sophiſtam quempiam aut ſycophantam conſulet (ſi ipſe ingenio ſtupidiore fuerit) & novam legis interpretationem vobis adducet : dicet nil aliud ſenſiſſe legiſlatorem, quam ut hujusmodi civium genus non nomine, ſed re tyrannidem agentium, ferro, igni, veneno tollatur è medio. Atque ita brevi futurum eſt, ut quod in uno factum ſemel & probavimus, & gaviſi ſumus : id in multis ſaepius & doleamus, & improbemus. Credite mihi, non mediocre diſcrimen neque convenienter accipiendum, ut titulo reperto, privatus hominem indemnatum interficiat. Id ita eſſe facile liquebit, ſiquidem animadvertimus, nihil omnium eſſe, quod lex parcius circumſpectiusque permiſerit. Etenim (ſi memini) tribus duntaxat temporibus lex indulſit, ut quis citra judicium hominem occidat. Primum adulterum, ſed in uxore deprehenſum : id quod intemperanti & inſuperabili mariti dolori donatum eſt. At ita, ſi corpus utrumque pariter interimat, ſi argumentis idoneis deprehenſum fuiſſe doceat. Deinde in vi depellenda. At ita ſi demonſtres te mortem effugere nequiiſſe, niſi mortem intuliſſes : id lex ita interpretatur, quaſi ſeſe tueri potius ſit iſtuc, quam alium occidere. Uterque tamen facti ſui rationem reddere compellitur, ſtatim ſeſe prodere, nec expectare donec in jus trahatur : atque (ut ita dicam) ultro ſemet reum facere cogitur. Quod ſi omnia conſtabunt argumenta : ita demum a lege dimittitur, ut venia, non laude dignus eſſe videatur. Poſtremo in tyrannicidio : ubi propter periculi ſuſcepti magnitudinem lex praemium quoque proponit : at ita, ſi eum quem tibi lex iſto velut inſigni tyrannici nominis denotavit, fortiter occideris : non ſi ſceleſtum alio ſcelere ſuſtuleris: neque patietur te jus occidendi permiſſum, latius quam ad unicum tyranni caput trahere, niſi ſi quis obſiſtat, ut per illius necem tibi neceſſe ſit ad illum penetrare. Jamque hoc factum tuum ſecunda illa ratione defenditur. Huic tertio generi fortaſſe proxima videatur hoſtem in bello feriendi facultas: quam tuæ tamen libidini lex non permiſit. Niſi palam hoſtis ſit declaratus, niſi in Imperatoris verba juraris, niſi ille aciem eduxerit, niſi ſigna canere juſſerit, tibi fraudi futurum eſt, hoſtem interfeciſſe. Tu dicturus es : Hoſtem occidi, nam plus quam hoſtilia faciebat, nomen hoſtis tantum aberat, re hoſtem agebat. Lex reſpondebit, ſuarum partium fuiſſe, hoſtem declarare, ac tuo fortaſſe ſcelere fruetur : verum ne ſerpat exemplum, poenas de te ſumet. Quid autem aliud abs te factum eſt ? Unum tibi lex nominatim deſignaverat : tu illius vocabulum tuapte authoritate in alium transfers, quod niſi in unum non poteſt competere : neque traduci debet ab eo cui lex attribuerit, ne tibi fas ſit aliquando quem voles magiſtratum, quem voles, Judicem, quem voles civem, tyrannum appellare. Neque vero ſine graviſſimis cauſis lex tot vinculis aſtrinxit hanc invitam alterius licentiam. Perpendit nihil majus eripi cuipiam poſſe, quam vitam : vidit in extinctum facile varias cauſas confingi etiam impune poſſe, quandoquidem ille non ſit refutaturus, qui jacet. Videt quam multis titulis ſuum quisque dolorem poſſet praetexere, ſi poſt occiſum hominem ulla cauſa recipiatur, praeter eas quæ legibus ſint expreſſæ. Quid quod gravatim ſibi quoque lex permiſiſſe videtur,

tur, ut homini vitam eripiat? Quam comperta, quam multa requirit argumenta, quam multa concedit reo, quam maligne agit cum actore, quem non nisi suo periculo vult accusare: quantum spatii largitur ei qui defertur: quam liberam Judicum rejectionem. Quantum igitur a mente legis abesse putes, ut cuilibet permittat, vel pro suo privato dolore, vel domestica juris interpretatione, hoc est, subversione in cujusquam vitam grassari? Neque ad rem pertinet, quantum criminum acervum exaggeres, quantumvis etiam verorum, addo notorum: dicas parricidam, sacrilegum, incestum, proditorem, peculatorem, veneficum interfeci. Tyrannum lex jubet occidi. Atqui hic unus multis tyrannis erat sceleratior, pestilentiorque civitati. Ad ista tam multa crimina lex tibi verbo respondebit: nihil moror quam fuerit sceleratus, qui periit? In unum tyrannum tibi jus feceram occidendi, in reliquos in jus trahendi. Si detulisses: auditus, revictus, damnatus a me palam poenas dedisset, omnique Reip. salubri exemplo fuisses. Nunc tu privata libidine interficiens, pro salubrimo exemplo pernicio sissimum in civitatem induxisti, & legum instaurationem a legis violatione auspicaris: hoc est, malis malo mederi studes. An me clam esse putas: quam multi sint in hac turba vita indigni, morte dignissimi? At eos meae cognitioni, non tuis manibus servo: sunt fora, sunt tribunalia, sunt Judices, sunt carceres, secures, carnifices. Cur tu mihi praeire conaris? Cur nullo mandante magistratum occupas? Et dum Tyrannicida videri vis, tyrannum imitaris? Nam quo alio nomine tantopere mihi est invisus ille, nisi quod mihi parere recusat, & praeire conatur? Ei demum ferrum tractare licebit, cujus manibus ego permisero. Si juvenem occidisses, quod non alia patuisset ad tyrannum via, darem veniam necessitati: nunc occidisti, non obsistentem, non auxilium ferentem patri, sed patris opem implorantem. Hujus unius caede contentus discessisti, tyrannum nec impetisti, in quem unum tibi jus feceram. Meum erat expendere, utrum ex usu Reipub. fuerit, an juvenis occideretur: malueram illum exquisitioribus excruciatum suppliciis, exemplum omnibus edere. Neque haec dico, Judices, quasi parum gaudeam pariter cum patre sublatum filium: utinam eadem opera simul omnes sint oppressi, quibuscumque tyrannus placet. Sed quis prohibet, simul & gaudere, quod deorum bonitas nobis hanc rem bene verterit, & tamen non committere, ut hujus temeritas, si judicio comprobetur, in legem atque in exemplum trahatur? Nec de juvenis injuria vindicanda nunc agitur, sed de legis violatae majestate. Non enim par est, ut cuiquam personae praeter jus extincti odium in scelere suffragetur. Neque tam spectandum in quem commissum sit facinus, quam quo exemplo commissum. Alioqui cur non eadem opera fas sit in tyranni nepotes, pallacas, pueros, uxores, liberos, lenones grassari? Bonam tyrannidis partem uxor saepenumero suggerit. Ad summam immanitatem nonnunquam libertus aliquis, aut vernula instigat: cur non & hos jugulas, si tibi jus est aestimatione privata meritorum civem jugulare? Quid quod est aliquid tyranno nocentius, in quod tamen haudquaquam tibi jus sit occidendi? Finge esse qui totam hanc urbem, templa, domos, curiam conatus sit incendere, imo qui jam compluribus locis ignem subjecerit, sed incendium subito exorto imbri restinctum: authorem non obscurum, verum abditum latitare. Eum forte fortuna repertum, manu tua trucidas. Num lex tuum factum approbabit? Non opinor. Atqui tyranno ille quanto erat nocentior? Tanto nimirum, quanto est atrocius civitatem semel funditus evertere, quam expilare: cives universos uno igni finire, quam in pauca quaedam saevire capita. Et tamen in unum tyrannum stringendi ferri potestas privatim permittitur. Illum deferendi modo jus habes. Hic in re tam aperta legis mentem calumniari, & novo interpretamento tuum facinus palliare, quid tandem aliud est, quam legum authoritatem evertere, atque id per cuniculos quosdam agere, quod tyrannus palam ac vi facere consuevit? In recipienda lege fas est populo causam aequitatemque legis excutere. Caeterum receptae, & longo jam usu comprobatae, simpliciter oportet obtemperare. Neque enim existimandum est majores illos nostros, viros sine controversia sapientissimos, ita sine gravissimis rationibus instituisse, ut privatim interficiendi Tyranni facultas unico capite finiretur. Primum ad jugulandi licentiam fenestram aperiendam civibus non putaverunt: deinde perspiciebant, tyrannidem fatale quoddam esse Reip. malum, quod minore noxa toleraretur, quam male exagitaretur: neque posse semel tolli, nisi ipsius caede. Quo submoto, videlicet qui legibus imperabat, non parebat, jam nihil opus esse privata audacia, nimirum illis in reip. administrationem vindicatis. Quod si tyrannus in jus vocari potuisset, ne hunc quidem tuae dextrae arbitrio permisisset. Videbant & illud: tyrannidem nonnullam habere monarchiae legitimae speciem: hoc tantum interesse, quod in monarchia populus regi paret, rex legibus: in tyrannide omnia unius libidini subjecta sunt. Rex publicam spectat utilitatem, tyrannus privatim suam: unde publicitus expedit, ut tyranno veluti principi legitimo civitas pareat, donec idoneus aliquis vindex extiterit, qui legum authoritatem in pristinum statuam restituat, atque id unius (si fieri potest) capitis jactura. Nam hac moderatione in fatalibus illis pestibus, quae totum Reip. quasi corpus corripiunt, legum prudentia consuevit uti: ut exemplo magis, quam admissi talione, morbo medeatur: medum civitatem sanare studet, magnam civitatis partem interimat. Hinc est quod in seditionibus publicis non nisi in ipsos authores consuevit animadverti, reliquis quos tempestas illa commoverat, dari venia; aut vix etiam dari venia, qui in publico Reip. tumultu quietem egissent. Quae potest autem pestis esse fatalior, quam tyrannis? Quae fecundius in civitatis membra diffundit? Quota quaeque urbis pars ab hoc vitio syncera potest esse? Omitto jam quicquid est ambitiosorum, aere alieno obstrictorum, scelere contaminatorum, barbarorum (nam haec tota sentina hominum tyrannide gaudet. ut in qua nullis majora, quam sceleratis sint praemia) bonos etiam cives hoc malum involvit, dum vel timent fortunis suis,

vel

vel rectum judicant ſervire tempori. In hoc itaque rerum ſtatu leges non extinctæ, ſed oppreſſæ modo, cautim & circumſpicienter agunt: intelligunt hoc ulcus citra ſummam civitatis perniciem exaſperari non poſſe, unius capitis diſpendio commode ſanari poſſe. Quare docto cuipiam medico praemium oſtendunt, digito demonſtrant, quod membrum ſecari velint, quibus abſtineri. Caput indicarunt illæ, tu dextram ſecuiſti. Illæ tyrannum, tu tyranni ſatellitem occidiſti. Quo praemio dignus? Nempe eo quo qui morbo inſcite exagitato, totum hominem in extremum vitæ diſcrimen adducat, quo qui hominem legibus vetantibus occidat. Neque ego nunc te caedis reum ago, aget alius fortaſſis, cuicumque lubitum erit: verum illud modo conſilium fuit, oſtendere tibi quam inſignitæ ſit impudentiæ, in ea cauſa tam eximiam tibi vendicare laudem, tam egregia poſcere praemia, in qua nequeas obtinere, ſi modo tecum exactius ac ſeverius agatur, ut graveis poenas effugias. I nunc & curioſum me voca: qui tam candide, tamque civiliter tecum agam: ut quum te poſſim in grave diſcrimen vocare, ſat habeam legis & Reipub. cauſam defendere, ne circumventa praemium dare cogatur ei, qui nihil boni ſit promeritus. Id quod non Judicibus modo (quibus iſtuc jam dudum liquere puto) verum tibi etiam ipſi cupio perſuadere: & facturum me confido, ſi modo tantiſper animum poſſis attendere. Vin' igitur, ut quemadmodum tu faciebas, itidem & nos ſummatim totam cauſſam ob oculos revocemus? Diſpiciamusque quam multa tuo in facto deſiderentur ad id, ut legi ſatisfeceris: & quantum tu ſis hallucinatus, quum multa diceres etiam ſupereſſe? Tria quaedam requirit lex, & ita requirit, ut ſi quodlibet horum deſit, aut poenam te, aut certe nihil gratiæ debere ſe credat. Quorum ego non unum aliquod, ſed unumquodque deeſſe docebo. Quod ſi facio, utrum æquo animo cedes praemio, an impudenter petere perſiſtes? Ergo rem accipe. Niſi tria haec tibi conſtiterint, non eſt quod tyrannicidæ praemium petas: Animus, via, & effectus. Animus duo quaedam complectitur, vel quid ſperaris, vel quid propoſueris. Nam ſi tyrannum per imprudentiam occidiſſes, ſi praeter propoſitum, non magis profecto praemium tibi debeatur, quam ſi quis tyranno amiciſſimus idem feciſſet, nam idem potuit accidere. Tu porro quid propoſiti in arcem attuleris, ipſe videris: ita demum legi perſuaſum erit, te voluiſſe occidere tyrannum, ſi occideris. Non occidiſti, atque id etiam quum tibi in manu fuerit (ut ais) ſi libuiſſet interficere. Lex negat ſua referre, utrum tyrannicidii propoſitum in arcem non attuleris, an allatum repente mutaris. Jam quid ſperaris, excutiamus. Quamquam iſthuc leges non ita valde curioſe penſiculantur: ſed tamen in tam abſoluto facinore partes omneis conſtare oportet. Quid enim ſi tyrannum interfeciſſes, quo tyrannidem ipſe occupares, utrum praemium ſperares? an ſupplicium metueres? Quid ſi quo privatum animi tui dolorem ulciſcereris, tyrannum occidiſſes, atque id eſſet palam, num praemium auderes poſcere? Quid, ſi latrones tyrannum forte fortuna obvium obtruncaſſent, num ad hunc honorem aſpirarent? Quid ſi quis tyranno privatim infenſus, magna te pecunia conduxiſſet, quo ei tyranno venenum dares, dediſſesque, num quaeſo, tyrannicidæ praemium poſtularet? Ego hic tecum non ago conjecturis: nihil dico in vitam tuam, quæ quidem obſcurior eſt, quam ut tu, alioqui tam glorioſus, quicquam de ea auſus fueris dicere: illud unum affirmare non dubitem, qui tyrannum, quum tuto licuerit, non occidit, plane noluit occidere. Qui eum occiderit, cujus mors extremum exitium Reip. videretur allatura, potius quam ullam commoditatem: is aut privatum dolorem ulciſci voluit, non libertatem publicam vindicare, aut emolumentum ſuum ſequutus eſt Reip. periculo, non ſuo periculo Reip. ſtuduit prodeſſe. Poſtremo non poteſt niſi gloriæ jejunio adductus videri, qui tam inſolenter ſe jactat. Non poteſt non videri lucrum ſequutus, qui tam improbe praemium flagitat. An non vides igitur quantopere hac parte a tota legis mente diſſentias? quem illa tuæ vitæ periculo ſua cauſa voluit occidere, eum tu non ſolum volens praeteriſti, verum etiam periculoſe in Remp. irritaſti: quem ſua cauſa noluit occidi, eum tu maximo noſtro periculo tui compendii, aut animi fortaſſe gratia jugulaſti. Sed finge te animum tyrannicida dignum ad facinus attuliſſe, lucri perinde ut vitæ contemptorem: magni tamen refert, qua ratione tyrannidem tollere aggrediaris. Jam enim omnia tibi ex animi tui libidine largior, quæ tamen nemo alius tibi conceſſurus eſt. Te in filio jugulaſſe patrem, in non tyranno tyrannum. Largior iſtuc Delium aliquem tibi praedixiſſe, ut certum praeſcire potueris, quod ipſe etiam vix divinare Delius potuerit. Licuiſſe tibi patrem occidere, ſi libuiſſet, verum hoc poenæ genus tibi magis placuiſſe. Suſtuleris ſane tyrannidem, idque nova quadam & inuſitata ratione. Vides quam multa tibi dono. Tamen obſiſtam tibi, nec ſinam ferre praemium, propterea quod ea via ſuſtuleris, quæ legi non probatur, quæ non expediat moribus civitatis, quæ non ſit forti viro digna. Age quid ſi tyranni filium infantem in cunis jugulaſſes, & rurſum adfuiſſet Delius ille, per quem certum praeſcire poſſes, fore ut necato puero pater ſibi mortem accerſeret, atque id eveniſſet, utrum te tanquam tyrannicidam ſuſpiceret Reſpub. an potius tanquam immanem & ferum hominem execraretur, qui in eam ſaevieris ætatem, cui etiam ab hoſte armato parcitur, quæ leonibus etiam miſeranda videatur? Quin ergo? Utetur tuo maleficio Reſpub. caeterum exemplum haudquaquam probabit. Quid ſi tyranni uxorem: quam ille miſere deamaret, per vim conſtrupaſſes, atque ille ejus impatiens contumeliæ, fugerit è vita: utrum tyrannicidii laudem flagitabis, an raptus & adulterii ſupplicium potius formidabis? Res obſcura non eſt, Conferam tuo facto propiora. Quid ſi tyranni medicus quum eſſes, veneno ægrotanti dato, illum ſuſtuliſſes, utrum ut veneficum oderit te Reſp. an ut virum fortem admirabitur? Tyrannum ſublatum gaudebit, facti rationem, modumque deteſtabitur. Quid ſi quum te tyrannus familiariter uteretur, tu in convivio praetextu neceſſitudinis venenum porrigeres? Denique ſi per magicas imagines ac maleficas quasdam devotiones tyranno vitam ademiſſes: utrum a lege praemium, an poenam expectares? Atqui tyrannidem ut-

cumque ſuſtuliſti. Eventu gaudet lex. Verum exemplum tam perniciosum in Rempub. non recipit : ut conſuescant cives ſcelus ulciſci ſcelere, patrem in filio jugulare. Vides quantum momenti ſit in modo, viaque, ut factum tuum approbetur? Quod lex permittit ut fiat, non ſtatim permittit, ut id via qualibet efficias. Adulterum ferro occidere licet, veneno aut incantamentis non licet. Cur ita? Quia peſtilens exemplum omnino tractare venena. Nec id ulla cauſa quantumvis honeſta, ſinit in civitatem irrepere. Quid quod ne hoſtem quidem veneno, aut malis artibus interficere fas eſt? Nam nusquam non improbat maleficia lex : & veneno tincta tela etiam in bellis interdicta ſunt. Quod ſi modus facti ſpectatur in his, in quibus nullum petitur praemium, quanto magis id fiet in his, in quibus ſummum petitur? Lex triumphum ſtatuit ei, qui certum hoſtium numerum fuderit. Fuderit aliquis non acie, ſed aquis & pabulo veneno tinctis. Utrum cives hunc æquis oculis ſpectare poterunt triumphantem, an potius ſicuti veneficum oderint, averſabuntur, execrabuntur? Quid quod privatis etiam in rebus via, modusque perpenditur : quo magis idem oportebit, tum in publico, tum in ſplendidiſſimo facinore, ut a quo conveniat omnem ſceleris ſuſpicionem abeſſe? Age illud tecum reputa, ſi medico mercedem pactus eſſes, quo te morbo levaret, atque ille non pharmacis ſed maleficiis & incantamentis morbum exemiſſet, utrum praemium dabis, an magis hominem in jus trahes? Injuriæ malis artibus datæ reum ages? Clamabit ille, morbo te levavi, qua via? quid iſtuc tua refert? Hoc tantum ſpectabas, ut morbo liber eſſes, ei rei merces eſt promiſſa. Ingratum te vocabit, qui, niſi ſua opera, ne eſſes quidem, qui praemium negare poſſes. Tu protinus reſpondebis, opinor, medico te praemium eſſe pollicitum, non mago, neque debere quicquam niſi rem malam ei qui beneficium male dederit, quamquam ne dediſſe quidem videtur, qui malum malo tollit. Id enim mutare eſt incommodum, non amovere. Dices enim animo nocitum, dum corpori ſubvenitur. Atque iſtam litem vinces, etiam iniquo judice. Atqui eadem, aut melior etiam, & vincibilior eſt tecum cauſa legi, quam quæ tibi futura fuerit cum medico. Nam ibi de privata mercedula diſceptaretur : hic de publico honore. Ibi fallus eſt unus, hic legi fraus facta, per quam cautum oportuit, ne quisquam civium circumveniatur. Ibi ſalus data, certa quidem & efficaci, ſed ſuſpecta & improbata via : hic nefario ſcelere (cur enim non ſic appelletur homicidium, quod in civem contra legem admiſſum ſit?) non libertas reſtituta, ſed in extremum diſcrimen adducta Reſpublica, quandoquidem tuum factum perinde habet, ac ſi medicus quispiam ad curam mercede conductus, venenum pro remedio miniſtret : quod tamen ægrotanti (ita ut non raro conſuevit accidere) per occaſionem morbum adimat. Qui revaluit, ſuis fatis acceptum feret quod vivat. tibi mortem, tametſi vitarit, imputabit. Neque ſua referre putabit, utrum imperitia, an perperam, ac ſtudioſe pro pharmaco venenum porrexeris : propterea quod tui fuerat officii : aut non ſuſcipere negocium, ut fidem ſimul, & artem, & induſtriam, ac diligentiam, & quicquid a probato artifice ſolet requiri, ad curam adferre. Sed age, ſinimus adhuc poſſidere te quod dudum ſumus largiti : ut plane iſta via tyrannum occideris, citra ullum Reipub. diſcrimen. Lex non approbabit facinus tuum : niſi non tantum a crimine, verum etiam ab omni criminis ſpecie procul abfuerit : ne videlicet ea quæ in hoc potiſſimum adhibita eſt in civitatem, ut maleficium omne ſecludat, incolumitatem ſuam quam conveniebat, aut Deo cuipiam, aut certe Diis ſimillimo homini acceptam referri, ſceleri debere dicatur. Non approbabit, inquam, niſi Tyrannum ipſum quem nominatim indicavit ipſa, quaque permittit via ſuſtuleris : ne per rimam iſtam periculoſum exemplum in Remp. irrepat. Poſtremo non niſi ferro, non clancularis ac maleficis artibus : niſi virtute, niſi manu, niſi vitæ tuæ manifeſto contemptu tyrannum trucidaris. Neque enim hoc tantum ſpectat lex, ut Tyrannus in praeſens ſubmoveatur : verum illud multo magis reſpicit : ut omnes mortales intelligant in ea civitate viros eſſe fortes, qui non vereantur vitæ ſuæ diſpendio patriæ commodis conſulere : ac praeclari exemplo facinoris, omnes etiam in poſterum ab affectatione tyrannidis deterreantur : cum videant in ea civitate nullum eſſe tyrannis ſatis tutum praeſidium : quandoquidem illud nemo neſcit, qui vitæ ſuæ ſit contemptor, eum eſſe alienæ vitæ dominum. Nam quod omnino ſatellitium, quæ excubiæ, qui parietes, quæ arx, quæ arma adverſus hujusmodi animum Tyranni caput defendant : qui patriæ libertatem ſua vita bene credat emi? Poſtremo autem : ut maxime tibi conſtet animus, ut conſtet via, id quod eſt totius negotii caput, non effeciſti. Tantum enim abeſt ut tyrannum occideris : ut quantum in te fuit, tyrannidem majorem in modum auxeris, interfecto tyranni filio. Quid autem refert, malitia, an ſtultitia Remp. in diſcrimen adduxeris? Nam illo quod vulgo dicunt nihil verius : Intempeſtivam benevolentiam nihil a ſimultate differre. Tantum abeſt ut occideris tyrannum : ut ne ſuſpicari quidem potueris id eventurum, ut ipſe ſemet occideret. Sed juvenem occidiſti patre insolentiorem : quid tum poſtea, ſi patri & hujus ſcelera lex imputat? Magnum proinde tyranni ſatellitem, non Tyrannum occidiſti. Sed paratum tyrannidis haeredem occidiſti : in tyrannidem ſuccedit, qui prior, qui potior eſt in occupando. Verum eſto ſane, certum haeredem ſuſtuleris : igitur qui tyrannus erat futurus, interemiſti. Atqui quod futurum eſt, id nondum eſt. Porro lex eum qui jam tyrannus ſit, tolli jubet : non quem aliquando futurum divines. An qui ſtatuam ex pacto debeat, & rudem truncum praeſtiterit, fidem perſolviſſe videatur? Non arbitrabor. Ubi nunc igitur ſunt illa tam multa, quæ tibi ad praemium poſtulandum ſupererant? Vides quam ne unum quidem omnium tibi conſtet, quorum nihil oportebat deeſſe. Volui, inquis : id demum voluiſſe te lex credit, quod effeceris. Poſtea è re nata propoſitum eſt commutatum. Hoc igitur praemii tibi debetur, quod ei, qui in Olympiis medio è curſu, relicta meta, ad carceres reflectit habenas. At periclitatus es. Proinde id laudis auferes, quod is qui ſudavit in Olympiis, nec vicit. Sed occidiſti denique ve-

verum eum, quem neque lex permittebat arbitrio tuo, neque ex usu publico fuerat occidi. At bene vertit civitati, quod feciſti. Numini igitur gratia debetur, tali, qualem Palladem Atticis fuiſſe ferunt: de qua proverbium extat: quod Athenienſium male conſulta in bonum exitum vertere conſuevit. Non tu leges ſervaſti, ſed ſuſtuliſti: non libertatem reſtituiſti, ſed numen aliquod huic urbi propitium, quod eventum tuæ temeritati debitum, ſua commoditate a nobis avertit, quod tuam ſtultitiam nobis vertit in occalionem reſtituendæ libertatis. Non ego ingratum erga te populum conſtituo, imo tu populum ingratum in Deos reddere laboras: quem cum ſemel in periculum vocaris, ne pro ſimplici Tyrannide duplicatam pateretur, nunc rurſum in diſcrimen trahere conaris, ne ab iratis ſuperis in priſtinam ſervitutem, aut gravius aliquod infortunium retrudatur. Quid tu te fucis & phaleratis dictis in alienum meritum inſinuas? Quid tibi in eo negocio laudem univerſam vendicas, ex quo praeter pœnam temeritatis, nihil ad te redire merito poſſit? Si Reipublicæ, ſi Judicibus probare potes, animum tuum Tyrannicida dignum, qui nullum periculum vitæ Reipublicæ cauſſa recuſarit: ſi facinus non ſcelere, non pernicioſo exemplo, ſed legitima via peregiſti, ſi fortuna tuis egregiis conatibus bene expeditum dedit eventum: aude Tyrannicidam te vocare: aude pulcherrimum, ac pene divinum munus a Republica poſcere, aude nobis ſervatas leges, reſtitutam civitatem: aude templa, aras, focos, fortunas omneis, tutos pueros, inviolatas virgines, impolluta matrimonia, denique hoc ipſum quod hic lege & apud Judices agimus, exprobrare: aude mihi minari, quod obſtiterim: aude civitatem ingratitudinis inſimulare, niſi laudem promeritam perſolverit: aude Judices, vel iniquos, vel corruptos clamitare, niſi ſuis ſententiis praemium tibi decreverint. Contra: ſi ſuſpectum quid volueris, ſi periculoſum, ſi contra leges, ſi cum ſcelere conjunctum quod feceris: ſit pudor, ac deſine tandem improbe praemium flagitare, quod nulla ratione promeruerit: pœnam, ſi ſapis, incipe deprecari. Iſthuc fortaſſis ab aequitate Judicum, a civitate deorum munere laeta, queas impetrare. Neque enim putes unum me te a praemio deterrere. Imaginare iſthac in cauſſa pariter & leges, & Rempub. & deos tibi adverſari. Puta leges his tecum verbis agere: Si nos vere reſtitutas videri vis, ſine noſtram auctoritatem primum in hac tua cauſa valere. Longe plus laudis ex hoc judicio referes: ſi nobis ceſſeris: ſi parueris: ſi tuam cupiditatem noſtro ſubmiſeris arbitrio: ſi primum exemplum in te civibus edideris, revixiſſe nos: ſi monſtraris civitati jam non ex ſceleratorum libidine, ſed ex noſtro praeſcripto cuique vivendum eſſe. Atque altera ex parte Rempub. hac tecum oratione uti puta. Si civem bonum mihi praeſtare ſtudes, noli hanc ſtultitiæ notam mihi inurere: ut in poſterum re cognita, dicar ebrietate quadam gaudiorum ei praemium decreviſſe, cui pœna magis deberetur: noli mihi Deos, quos vix denique tam diutinis votis, tot ſacris, tot precibus, tot meis malis placavi, commovi, propitios reddidi, denuo per ingratitudinem iratos atque infenſos reddere. Sine ut mihi per te liceat ſaltem illorum beneficio frui; quod ſi te neque leges, neque Reſpub. commovet: certe Deorum orationem vereri debes, quos ita tecum agere putato: quid tu in noſtrae laudis poſſeſſionem te ingeris? Quid honori noſtro invides? Cur non ſinis nos in hanc civitatem perpetuo benignos eſſe? Cur tu ipſe tam ingratus exiſtis? Civitas haec ſemel mihi reſtitutam libertatem debet, tu bis debes commoditati noſtrae, & quod Rempub. ſervavimus, cujus tu pars es, & quod commoditate noſtra tuam periculoſam ſtultitiam, vel ſcelus potius, in maximam felicitatem verterimus. Etenim niſi nos dextri, propitiique adfuiſſemus, quid aliud tu quam perieras, & per te Reſpub.? Quod ſi plane contendis, ut praemium aliquod feras, abunde magnum praemium a nobis perſolutum eſt, quod per nos res a te male inſtituta bene verterit. A legibus merito major relata gratia, ſi noſtrae proſperitatis reſpectu, temeritatis ſimul, & ſceleris veniam condonarint. A civitate ſatis amplam laudem feres, ſi ea patiatur, ut in reſtitutæ libertatis hiſtoria, tuum quoque nomen admiſceatur. Hac laudis parte contentus, deſine nobis debitum velle praeripere, civitati munus noſtrum eripere, legibus auctoritatem adimere. Sed finem facio, nimirum exſtillata jam aqua. Quod ſupereſt, nunc veſtræ partes ſunt, Iudices, ſtatuere, utrum ſecundum leges, ſecundum Deos, ſecundum Rempub. ſententiam dicere, an ſecundum hunc glorioſum oſtentatorem pronunciare velitis. Utrum hanc urbis felicitatem hujus temeritati, hujus ſceleri acceptam ferre malitis, ſaepius exprobrandam, & brevi fortaſſis a ſuperis iratis (id quod abominor) auferendam, an in Deos, quibus ſine controverſia tota debetur, referre, eorundem pietate ſervandam, augendam, beneque fortunandam. Utrum magis ex uſu ſit, ut primo hoc judicio ſtatim leges circumventæ dicantur, an ut appareat, legum reſtitutarum ſeveritatem, & Judicum ſapientiam adverſus unius iniquam poſtulationem valuiſſe.